LEXICON LATINUM CRITICUM

JO: FRANCISCI CORRADINI DE ALLIO

In quo novæ latinæ voces ex aureis Scriptoribus, & Lapidibus erutæ; novæ vocum ſignificationes, & inflexiones; novæ eruditiones, elocutiones autem elegantiores ex Ter. Cic. Tit. Liv. Cæſ. ac Lapidibus collectæ, quæ in Theſauris Linguæ Latinæ, Vocabulariis, Lexicis omnibus deſiderantur, præſertim in Calepino Patavino Septem Linguarum, cujus errores ingenii, & eruditionis; fictitiæ voces, quæ latinæ minime ſunt; latinæ, quæ barbaræ non ſunt, in calce notantur.

VENETIIS

1742

PERMISSU SUPERIORUM.

ILLUSTRISSIMO, ATQUE EXCELLENTISSIMO

ALOYSIO V. ANTONIO MOCENICO

EQUITI SPLENDIDIDISSIMO,

ET

SENATORI PRÆSTANTISSIMO

JOANNES FRANCISCUS CORRADINUS DE ALLIO.

S.

LAtina lingua, MÆCENAS NOBILISSIME, quæ cęteris fortunatior lactata, atque educata fuit *inter rerum dominos, gentemque togatam*, quasi dictatrix altera sibi viam fecit ad exteras nationes, eisque ultro in clientelam acceptis leges, ac jussa dedit. Nulla enim provincia uspiam est,

nulla civitas, quæ dignitate ejus, ac dulcedine illecta non eam receperit in patriam ſedem, & omni ornamentorum, ac ſtudiorum genere amplexa fuerit. Vixere enim illius gloriæ amantiſſimi Varrones olim, Alpheni, Feſti, rhetores, grammaticique; Rubertus autem Stephanus, Baſilius Faber, atque Manutius, Paſſeratius, Calepinus, Pareus ſtrenue in latinam linguam ſe geſſerunt. Nunc, nunc ſunt Londini eruditiſſimi, qui Stephani theſaurum in ditiorem ſtatum excitaverunt, ſunt Taurini, ſunt Patavii gnavi, qui & ſuam conferre operam voluerunt in hanc principem linguam. Non tamen contenti eſſe debemus horum hominum diligentia, & eruditione. Habet enim iſtapte voces ingenioſorum, minime vero ſuas, quas tamen ipſi paſſim infarciunt, multas etiam non ejus ponderis, quod in vulgus ſerunt, ſed longe aliæ, atque diverſæ ſignificationis; quę autem adpetit reapſe ſua, jacent, latentque in optimis, & aureis ſcriptoribus, in libris ſcriptis, Legibus, S.Conſultis, monumentis veterum Romanorum. Quod ego cum inique ferrem, Latinæ Linguæ deeſſe multa ad dignitatem, & ornamentum, multa affingi falſa, atque fictitia, feci primum, quod Curatorum erat, eruere vepres, hederas, ſalicta pellere, porro meme ita comparavi, ut quantum in nobis eſſet, domeſticam ejus rem, poſſeſſioneſque amplificarem. Itaque totam accuratius antiquitatem per-

perreptavi, collegi studio, quæ doctissimos fugerunt, scriptores evolvi veteres omnes, libros scriptos, lapidesque, præsertim elegantissimos hosce, quos nuper dedit homo doctissimus Muratorius. Sexcentas enim pene voces novas habes, atque latinas, quę vel eruditos juvare possunt; elocutiones penitiores acceptas ab Terentio, Cicerone, Livio, Cęsare, Hirtio, ac Phædro; eruditionem quoque novam; & emendationem earum rerum, ac vocum, quæ aliter, atque putarunt docti, explicari, & intelligi debent; postremo quidquid est, quodcumque est, novum puto, ac peregrinum accidere. Quam elucubrationem, & criticen nostram iccirco tibi, EQUES SPLENDIDISSIME, dico, ac do, non solum ut æstimes, judicesque, sed ut coerceas invidiosiores, qui meam rodunt quotidie diligentiam. Personat enim grave, & magna vere minatur nomen inclitum tuum, non propter modo nobilitatem Majorum, qui subinde egregii belli Duces, & Imperatores, Principes, Procuratores Aedis D. Marci, Senatoresque floruerunt, sed a te, qui eos prudentia, doctrina, liberalitate vincis. Quanta enim justitia fuisti in Magistratibus obeundis, quanta in Republica capescenda maturitate! quantam autem exterarum gentium admirationem excitavisti Orator ad Galliarum Regem Aloysium XIV.? Quid de Præfectura clarissima dicam, quam Brixiæ administrasti tempore vero periculosissimo, cujus divi-

nam

nam mentem non solum devoti populi, urbes, castella, sed etiam alienorum animi, præcipue summus Galliæ exercitus Imperator Novaglies, libentissime admirati sunt. An Legationem prædicem nuper tuam honorificentissimam ad Mariam Amaliam Neapolis, ac Trinacriæ Reginam? Opinionem, mihi crede, superavisti Patriæ, Civium, Exterorum. Nullus est Italiæ locus, in quo non extent monumenta tui; Recantant adhuc facta, rerumque tuarum amplissimarum memoria delectantur. Neque sane mentiri poterat concepta spes, atque expectatio, cum eadem a Matre hauseris, & lacte altus eodem fueris, quo Sebastianus Aloysius III, quo Joannes germani fratres, hic Eques, & Aedis D. Marci Procurator, ille Princeps, quem sapientia, ac fortitudo, unde res ejus præclaræ prodierunt, digne in tam alta sede collocarunt. Recentia adhuc sunt eorum vestigia, quæ tamquam in limpido rivo cernas, & imitere, ut eadem via perfunctis jam laboribus gloriosissimis idem attingas. Utinam videam MÆCENATEM meum, qui nunc Magnus est, Tantum!

O quantum est hominum beatiorum
Quid me lætius erit, beatiusque?

STU-

STUDIOSIS

QUemquam arbitror moneri oportere, criticen noſtram in loca omnia deſperatiſſima Ciceronis, & alteram in Theſaurum Antiquitatum Romanarum ad Grævium nondum edita; illas autem in Catullum, & Frontinum, quæ cito paſſim in hoc Lexico Latino noſtro, editas in lucem eſſe. Cum vero offenderis vocem *adde*, dic, dictionem non eſſe quidem novam, ſed locupletandæ ejus cauſa, quacum jejuni lexicographi ſe ſe præbent; cætera omnia peregrina ſunt, quibus velim vobis placere.

NOI

NOI REFORMATORI
Dello Studio di Padova.

AVendo veduto per la Fede di Revisione, ed Approvazione del P. *F. Paolo Tomaso Manuelli Inquisitor di Venezia* nel Libro intitolato: *Lexicon Latinum Criticum* non v'esser cos'alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per Attestato del Segretario Nostro, niente contro Principi, e buoni costumi; concediamo Licenza a *Modesto Fenzo Stampatore di Venezia*, che possi esser stampato, osservando gli ordini in materia di Stampe, e presentando le solite copie alle Pubbliche Librarie di Venezia, e di Padova.

Dat. li 6. Decembre 1741.

(Gio: Emo Proc. Reff.
(Alvise Mocenigo 2. Reff.
(

Regist. in Libro a C. 20.

Agostino Bianchi Seg.

14. Decembre 1741.
Regist. nel Magistrato Ecc. contro la Bestemia.

Alvise Legrenzi Seg.

A

A præpositio etiam est, quæ artem aliquando notat, ut faber a Corinthiis, h. e. Corinthiarius, qui tractat vasa Corinthia, *inscr.* Mur. *963*. Figulus ab imbricibus, h. e. tegularius, *insc. Mur. loco eodem*. Medicus ab oculis *idem 927*. faber a tabernaculis *926*.

A importat etiam rem, cui aliquis præest, ut villicus a plumbo *inscr. Grut. 640*. servus ab hortulo *Reines. 9*. 88. a commentariis aquarum *inscr.* Mur. 900. ab ægris cubiculariorum *idem* 890. a regionibus 894. ab ornamentis *Cæs. 900*. a jumentis *915*. a dieta Appollinis *lapis Romæ*. a cubiculo *Murat.* 892.

A. tandem significare actionem, & officium dixi secundo loco; *adde* dispensator a frumento *insc. Mur.* 892. a manu Liviæ, 897. a cognitionibus, & alia hujusmodi.

Abstinens. *superl.* adde *insc. Mur.* 1057. abstinentissimus.

Accipio, is. accepso *pro* accepero *Pacuvius*, ut recepso *pro* recepero *apud Catullum*.

Acerbus, a, m. *pro* diligens, ut acerba exactio *Cic. ep.* 8. *ad Ap. Pul.* acerba diligentia *Cic. p. L. C. Balb.* & acerbissime *pro* diligenter.

Acheron, tis. *pro* ipsis inferis, adde *Cic. p. r. in Sen.*

Ad. elegans usus hujus præpositionis cum de templis deorum sermo est, ut *apud T. L.* ad Martis *subaudi ædem;* ad Castoris *in tab. vet. apud Reines.* 4. 8. semper enim ædes, fanum, templum eleganter in oratione reticetur.

Adulo, as. *pro* precor, *inscr. Mur.* 1645. deos pro me adularent.

Ædificiolum, i. *dimin.* ab ædificio, *insc.* Mur. 1013. & 1430. Custodiola cum ædificiolo.

Æmobolium, ii. sacrificium sanguinis ab αἷμα *sanguis*, ut Criobolium, & æmobolium *apud* Mur. *insc.* 37. adde *Rein.* 1. 221. qui tamen putabat, vocem esse corruptam; frustra. Nam utroque loco *æmobolium* liquide legitur.

Agrippianus, a, m. *adiect.* spectans ad Agrippam *insc.* Mur 925.

Albaniensis. ex Albano *inscr. Mur.* 925.

Albingaunensis. ex Albingaunio Liguriæ, ut municipium Albingaunensium, *inscr. Murat.* 1100.

Albintimilienſis. ex Albintimilio Liguriæ *Murat.* 1021.

Aleus, a, m. *adiect.* ad aleam ſpectans, ut alea lex *apud Cic. ita MSS.*

Aliger, i. qui aquilam gerit, idem ac aquilifer; Ales enim per excellentiam aquila eſt, *Reineſ.* 8.30. Aligero XII. leg. Fretenſis.

Alimentor, aris. idem ac alo, ac nutrio, *inſcr. Mur.* alimentari pueros.

Alſienſis. ex Alſio Etruriæ opp. *Cic. Phil.*

Altarium, ii. *pro* altare, adde *inſcr.* Mur. *adject.* 344. altarium cum columella.

Altilaneus, a, m. *adiect.* quod lana abundat *inſcr. Murat.* 341. Arietes altilaneos Marti II.

Alumna, æ. *adde Reineſ.* 6. 63.

Animula. *cogn.* apud Mur. 238. In blanda tamen allocutione uti poſſumus latine, ut Plautus *mi animule.*

Anſarium, ii. vectigal ex vaſis anſatis, ubi venter exonerabatur, *inſcr. Murat.* 573. Foricularii, & Anſari promercalium &c.

Antias, tis. *communis gen.* ut rem antiatem h. e. rem Antiatium *apud T. L. b. d. i.*

Anticyrenſis. ex Anticyra *inſcr. Mur.* 598.

Antiochianus, a, m. *adiect.* Mur. 366.

Antiochianus, a, m. *adiect.* Mur. 366.

Antiochinus, a, m. *adiect.* ſpectans ad Antiochiam, *Cic. Phil.* XI. *c.* 7. ita MSS. opt. & Faernus ex monum. teſtatur.

Apicularius. qui apibus præerat *inſcr. Mur.* 909.

Apulenſis. ut Colon. Apulenſis *Mur.* 1100. in Gallia Narb.

Arabicaria, æ. quæ odores arabicos vendebat, vel his præerat, *inſcr. Mur.* 939.

Archiater. *protomedico* adde inſc. Mur. 939.

Arena. *cognom.* Murat. 57.

Arienſis. pop. in Hiſp. *inſcr. Mur.* 1099. Colon. Arienſium.

Ariſtarcha, æ. *cognom.* cujuſdam Titiæ *Reineſ.* 12. 88.

Armamentarius, a, m. *adiect.* ſpectans ad armamentum, ut decuria armamentaria, *inſcr. Mur.* 783.

Armigerus, i. idem ac armiger, *Murat.* 825. armigerus delmatinus.

Aromatarius, ii. qui aromata vendebat, *inſcr. Mur.* 511. Negat. Coll. aromatariorum.

Artemiſianus, a, m. *adiect.* ſpectans ad Artemiſiam, *inſcr. Mur.* 1282.

Arun-

Arundensis. ex Arunda in Hisp. *inf.* *Mur.* 1028.

Arundinarius, ii. qui sagittas, vel fistulas ex arundine conficiebat, *Reinef.* xi. 27. A. Aemilius harundinarius. *cum h.*

Arx, cis. arce sanctior *proverbium* de re tutissima, *Cic. p. Balb.*

Ascia, æ. trita formula in monumentis *sub ascia dedicare* exercuit doctissimos viros, Maffejum, Fabrettum, Reinesium, Manutium, qui recens sepulcrum usui dicari dicebant; & Mabillonium, qui pœnam capitis irrogari putabat; & Muratorium, qui minas, ut sensus esset *sit tibi terra levis* sine vepribus, ac spinis; frustra; Nam alia mens erat dedicantium; cum enim dicebant *sub ascia dedicavit*, monebant viatorem, vel quempiam, ne ascia titulum delerent superis, vel inferis dicatum, hinc insc. Mur. 1304. *si quis hanc arcam aperuerit, aut exasciclaverit*, & 1203. *aut titulum deasciaverit, alioq. nomine inscripserit.* & 1564. *Si quis titulum meum violaverit.* Vetabant enim veteres, ne arca aperiretur, ne titulus violaretur, ne aliud corpus inferretur, hinc lapis Rein. 450. *consumatum hoc opus sub ascia est.* nam facto monumento ac titulo, quod ultimum erat, dicebant *sub ascia dedicavit.* en opus sub ascia consumatum.

Asisinas, tis. ex Asisio *inscr. Mur.* 1102.

Atleticus, a, m. *adde Rein.* 27. 44. atletico certamine.

Aviarius, ii. qui aves farcit, *inscr. Mur.* 971. aviarius altiliarius.

Auraria, æ. quæ aurum tractat, *inscr. Mur.* 964. Marcia auraria, & margaritaria de Sacra Via.

Auricoctor, ris. qui aurum igne purgat, *inscr. Mur.* 975.

Auricula. *cognom.* Mur. 1281.

Auriga, æ. Aurigæ habebant Romæ collegium *Reinef.* x. xii. Coll. Aurigatorum.

Automatarius, ii. adde *Mur. insc.* 935. automatario Klepsydario.

B

Ballistarius, ii. Ballistarii habebant collegium *Rein.* x. 6. Coll. ballistariorum.

Barbaricarius, a, m. *adiect.* ut minister barbaricarius *inscr. Mur.* 971. Erat, qui vestes barbaricas custodiebat.

Beatitudo, nis. adde *inscr. Mur.* 580. Beatitudo Urbis Romanæ.

Bellatula. *cogn.* cujusdam feminæ, *Mur.* 1543.

Bellulus, a, m. adde *insc. Mur.* 1514. bellule puer.

Benacensis. ex Benaco, *inscr. Mur.* 1088.

Benemerens, tis. *superl.* adde *Mur.* 1302.

Beneventanus, a, m. *adiect.* beneventana plebs, *inscr. Mur.* 367.

Bergusianus, a, m. *adiect.* ex Bergusia Germaniæ, *Mur.* 1032.

Bessus, a, m. idem ac bessicus, *inscr. Mur.* 784. Natione bessus.

Betullonensis. ut betullonens. ordo *Mur.* 1033.

Biturix. *inscr.* Mur. 1033. Natione biturix. *pop. Aquitaniæ.*

Bivius, a, m. adde *Rein. insc.* 140. dii bivii.

Bonus, a, m. *pro* pudicus. *Catullus* vos bonæ feminæ; hinc *Bona Dea* dicta, quia pudicissima.

Bustus, a, m. *adiect.* idem ac combustus, ab antiq. *buro*; en elegantissimus lapis *apud* Mur. 1514. Condantur ustaque, bustaque humo.

Byllidensis. ex Byllide *Cæs. b. c.* 3.

C

Caecinianus, a, m. *adiect.* spectans ad Cæcinam *inscr.* Mur. 832.

Calcariarius, a, m. *adiect.* vide *calcariarius* secundo loco.

Calcearius, ii. hac voce utitur Plautus, & Juvenalis interpres, ex quo patet, eam non esse barbaram, sed latinissimam. Cur enim barbara non est *calceolarius sandaliarius*, *caligarius?*

Calceator, ris. idem ac calceolarius, *inscr.* Mur. 909.

Caligarius. adde *Rein.* XI. 116. Caligarius de Vico Cyprio.

Callistianus, a, m. *adiect.* spectans ad Callistum, *inscr.* Mur. 835.

Calphurnianus, a, m. *adiect.* spectans ad Calphurnium, *Murat.* 455.

Camillianus, a, m. *adiect.* ad Camillum spectans *inscr.* Mur. 505.

Cantrix, cis. adde *Rein.* XI. 58.

Capitalis, le. *locut.* rem capitalem ei faciendam censuere, *S. Consult. vetus apud* Mur. 577. h. e. rem pœna capitis dignam.

Capsaria; æ. quæ custodit capsas, *Murat.* 899. Capsaria Liviæ.

Ca-

Caprilla. *dimin.* a capra *Murat.* 1017.

Carminator, ris. Vox latina, non barbara, *inscr.* Mur. 984. Coll. lanior. Carminator.

Caprago, nis. ut farrago, nis; est quasi recrementum & ipsum apri, *Macrobius* 3. *Sat.* 13. lumbos capragines aprugnos. *ita* MSS vide *caprugineus*, & *caprugnus*.

Caprugineus) Voces fictitiæ.
&) Nam Macrobius
Caprugnus) in MSS. habet *lumbos capragines aprugnos* recta omnia, ut probo contra Jacobum Gutherium ad Grævium. Nam *τὸ capragines* est a *κάπρος aper*, & *γίνομαι fio*, ut *τὸ aprugnos* sit explicatio verbi capragines, ne aprum piscem, sed agrestem intelligamus. *Caprago* autem de lumbis recte. Nam lumbi ad postica putida proximi sunt, ut recrementum pene esse videantur.

Cartimitanus, a, m. *adiect.* ex Cartimia opp. Hisp. ut municip. Cartimitanum *inscr.* Mu- 1037.

Carpentarius, ii. etiam est is, qui carpento aliquem gestat, *Reines.* 9. 101. servus carpentarius.

Cassidarius, a, m. *adiect.* ut faber cassidarius *insc.* Mur. 959. Cassidarius etiam erat, qui cassidam ferebat, ut apud *Rein.* 8. 70. miles cassidarius.

Castellarius. adde *Reines.* 9. 84. Castellarius ab aquis Curtiis.

Castronovanus, a, m. *adiect.* ex Castronovo in Piceno, *Murat.* 1108.

Catagraphus. *cogn.* 1539. Mur.

Catella. *cogn.* 1532. *Murat.*

Celejanus, a, m.] ex Celeja
& in Nori-
Celejensis.] co, *insc.* *Murat.* 1038.

Cellarius. adde *Mur.* 925. Cellarius Aug.

Centonarius, a, m. *adiect.* spectans ad centones, ut apud *Mur* 946. Vestiarius centonarius.

Ceres, ris. dea, quæ Mater Maxima, Legifera, Divina appellabatur *in monum.* & *lap.*

Cerfenninus, a, m. *adiect.* ex Cerfennia in Marsis. 1038.

Cimbricus, a, m. Scutum Cimbricum in foro Romano *tab. lap. Rein.* 4. 4. Taberna argentaria ad scutum cymbricum *sic* in foro.

Cingulanus, a, m. *adiect.* ordo cingulanorum adde *insc.* Mur. 383.

Cinneus, a, m. *adiect.* ad Cinnam

nam ſpectans, *Cic. Fam.* 1. 8. ita MSS

Clavarius, ii. qui ligneas claves faciebat, *inſcr. Mur.* 944. Clavarius Materiarius.

Clementianus, a, m. *adiect.* ſpectans ad Clementem, *Murat.* 357.

Clementilla *cogn. dimin.* a Clemente, *Murat.* 1567.

Clepſydarius, a, m. *adiect.* ſpectans ad clepſydras, *inſcr. Mur.* 935. Automatario Klepſydario. *Sic ſculptum erat ſine canina litera*, quod puto rectius. Nam *aqua* dicitur ὕδωρ ὕδατος, ὕδατι, ὕδασι, & poetice ὕδος ὕδεος &c. videſis, ne pro *clepſydra* etiam in libris ſcriptis *clepſyda* legatur.

Clinicus, a, m. *adiect.* ut medicus clinicus *Reineſ.* XI. 7.

Coactor, ris; qui exigit vectigal ut coactor vinarius *inſcr. Mur.* 942.

Coccejanus, a, m. *adiect.* ſpectans ad Coccejum, *Reineſ.* 14. 40.

Codicarius. ut codicarii naviculari, *inſcr. Mur.* 51. naves ex caudice locabant, vel faciebant.

Codicilla. *cogn. Reineſ.* 149. *inſcr.*

Collega, æ. communis generis eſt, & ad feminas etiam ſpectat; in dat. plur. habet *collegiabus*, ut diſtinguatur a *collegis* maſcul. gen. ita *libertis*, & *libertabus* ſæpe in monum. legas, *matribus*, & *matrabus*. Fruſtra igitur putabat doctiſſimus Muratorius vocem *collegiabus* eſſe corruptam.

Colliberta, æ. quæ ſimul cum altera liberta eſt, *inſc. Mur.* 1524.

Colorator, ris. adde *Murat.* 925. Colorator Liviæ.

Commode. *ſuperl.* comodiſſime *Cic. Att.* 4. & *lap.*

Commolo, as. commolandæ oves *S. Conſult. vetus apud Mur.* 314.

Compſinus, a, m. *adiect.* idem ac compſanus, ex Compſa Urbe Neap. *Mur.* 1039.

Compulterinus, a, m. *adiect.* ex Compulteria *inſcr. Murat.* 1040.

Concivis. *inſc. Mur.* 875.

Confaſti. *inſcr. Murat.* 1114. trib. trib. confaſtorum.

Confectorarius. *Murat.* 954. Coll. ſuar. confectorarior.

Conſpondeo, es. *inſcr. Mur.* 577.

Conſumo, as. *pro* perficio, *Rein.* 450. conſumatum hoc opus ſub Aſcia eſt.

Converſio, nis. *pro* inverſio, ac turba, *Cic. Phil.* XI. c. XII. In tanta converſione, ac perturbatio-

batione rerum. *ita* MSS *omn. opt.*

Contero, is. præter. habet etiam *conterui* Cic. de Prov. Conf. *conteruit* ex MSS

Convicarius, ii. *insc. Mur.* 712.

Convoveo, es. *Mur.* 577.

Coranus, a, m. ex Cora opp. campaniæ. *Murat.* 1041.

Corfiniensis. ex Corfinio urbe Pelignorum *insc. Mur.* 1041.

Coriarius, ii. Coriariorum alii coria concinnabant, & dicebantur Coriarii subactarii *lap. Romę apud Carpens.* alii coriis negotiabantur, dicebanturque Coriarii Magnarii *lap. Grut.* corp. coriar. Magnarior.

Corinthiarius, ii. non erat amator vasorum Corinthiorum, sed artifex, *ita Suetonii Aug.* 70. inscriptio alludit ad artem, *pater argentarius*, *ego corinthiarius*. Augustus enim ita amabat corinthia, ut artifex videretur. Nec mirum, ajebant; nam & pater ejus artifex fuit argentarius. hic est sensus inscriptionis, & Suetonii. *Corinthiarius* etiam est is, qui præest vasis corinthiis *insc. Mur.* 650. servus corinthiarius. *idem* ac servus a corinthiis in eod. lapid.

Corniola. *cogn.* Cur. 726.

Corollaria, æ. quæ corollas componebat, *Murat.* 999.

Crispinianus, a, m. *adiect.* spectans ad Crispinum *Mur.* 839.

Crispinilla. *cogn.* dimin. a Crispina, *Murat.* 1029.

Crocotarius, a, m. *adiect.* infector crocotarius *Plautus Aul.*

Cronia, rum. adde *Reinesium* 14. 192. & *Accius in Annal.* conficiunt sacra, quæ cronia esse iterantur ab illis.

Crudus, a, m. *pro* crudeli, *Reines.* 7. 32. crudo, & truculento lethi genere; ita explica *Plautum Pænul.* 5. 2. malum, crudumque. Non enim puto, hoc *pro* astuto usurpatum ab eo fuisse.

Cupa, æ. Non est proprie vas vinarium, sed quodvis vas a *capio*. Neque enim dixisset Varro *cupam vinariam*. quare in cupa condebantur ossa, cineresque mortuorum, *inscr. Mur.* In hac cupa positi sunt.

Custodiola, æ. *dimin.* a custodia *inscr. Mur.* 1013. custodiola cnm ædificio.

D

DApifer, ii. qui fert dapes, *inscr. Mur.* 914. dapifer Cæsaris.

Deascio, as. *pro* ascia delere, quod ascia dolatum erat, *in-*

inscr. Mur. 1203. Si quis titulum meum deasciaverit, alioque nomine inscripserit, &c.

Decipio, is. proprie significat capere, non fallere, a *de*, & *capio*. immatura morte decepta, *ins. Mur.* 1229.

Decurio, nis. communis generis est, non masculini tantum, *ins. Murat.* 936. decurio Philerotis Alexandria. *munus erat in aula Cæsaris.*

Demetrianus, a, m. *adiect.* spectans ad Demetrium, *Murat.* 979.

Destineo, es. *pro* teneo, & ligo *ita Vitruvius*, quem citant lexicographi verbo *destina*, quod importat *vinculum*; quare recta est lectio MSS omnium *Cic. Phil.* 5. *c.* 12. ne forti quidem fortunas vestras destinuit. quod critici, & interpretes Ciceroniani frustra corruptum putabant, vide criticem nostram in opera omnia Ciceronis contra editionem Amsteledamen. Verburgii.

Diana. Dea, quæ Cœlestis, Invicta, Victrix, Nemorensis, Pharetrata dicitur *in mon. & lap.*

Diætarchus, i. qui præest cœnaculo, vel cœnæ, *inscr. Mur.* 796. diætarchus dom. Aug.

Diffarreatio. adde *Murat.* 1024.

Diogenianus, a, m. *adiect.* spectans ad Diogenem *Murat.* 887.

Discrimen, nis. plus est quam periculum, *Cic. Phil.* 7. adducta in maximum periculum, & in extremum pene discrimen.

Dispensatrix, cis. *inscr. Mur.* 968.

Doliarius, ii. est etiam is, qui doliis præerat, *inscr. Mur.* 932. Servus dolearius. *Sic sculptum erat, quod quidem adiectivi vim habere videtur.*

Drusillianus, a, m. *adiect.* spectans ad Drusillam, *Murat.* 893.

Duodecemvir. Magistratus quidam in Coloniis Rom. *Murat.* 1024.

E

EBorensis. ex Ebora Lusitaniæ, *Murat.* 1044.

Eburarius, a, m. *adiect.* ut faber eburarius, *inscr. Mur.* 947. & *apud Spon. pag.* 222.

Edentulus, a, m. *adiect.* edentula senectus *apud Rein.* 12. 30.

Eliminatus. adde *Rein.* 2. 2. Eliminatis Sacerdotibus.

Enectulus. *inscr. Mur.* 1235.

Enim. In principio orationis utitur etiam *Cicero fam.* 1. 2. & *T. L.* 34. 32.

Eo,

Eo, is. isti *pro* ivisti *Cic.p.dejot.* ita MSS. omnes. *Ibo quo jusseris* formula erat militis jurantis, *Cic. Phil.* & *Horatius* Ibit eo quo vis, qui zonam perdidit inquit.

Eranistes. qui collationes colligebat ad prandia, & alia hujusmodi, *inscr. Mur.* 782.

Erumpo, is. *pro* rumpo, & frango, *inscr. Murat.* 1013. Si quis eruperit &c.

Essedarius, ii. qui esseda facit, *Murat.* 959.

Estledunensis. ex Estleduno in Hispania, *insc. Mur.* 1046.

Ethologus, i. adde *Reines.* 9. 20. Aug. verna hetologo. *sic sculptum erat.*

Ex. præpositio, quæ munus, & officium notat, ut servus ex hydria *inscr. Murat.* 664.

Exacisclo, as. vox latina *pro* ascia delere, quod politum erat, ab *acisculus*, & per sync. *acisclus* parva ascia, *insc. Mur.* 1304. Si quis hanc arcam aperuerit, aut exacisclaverit.

Excortico, as. *pro* corticem detrahere, *S. Consult. vet. Rein.* 7. 10. excidantur, tollantur, effodiantur, excorticentur.

Exemplum, i. *locut.* exemplum cæteris præstare, *Murat.* 580.

Exitus, us. *pro* fine, ac termino, *Reines.* 7. 31. in exitu Mauritaniæ.

Exulceratus, a, m. *adiect.* translate dictum de inanim. *Cic. fam.* 1. exulceratæ res.

F

FAceta. *cognom.* Murat. & Rein.

Facies, ei. *locut.* ad pristinam faciem revocare aliquid, *Reines.* 6. 129.

Facultas, tis. *locut.* facultatem alicui intercludere *Murat.* 580.

Fartor, ris. avium fartor *Reines.* 9. 12.

Felicula. *dimin.* a felix *Murat.* 623.

Feltris. ex Feltria *inscr. Mur.* 782. idem ac Feltrinus.

Ferentinas, tis. & Ferentinensis.] ex Ferentino municipio Campaniæ, *Murat.* 1040.

Ferrariarius. ita in *inscr. Mur.* 972.

Fons, tis, *translate dictum pr* ubertate, *Juvenalis* fons ingenii.

Foricularium, ii. Vectigal ex foricis, ubi venter exonerabatur, *inscr. Mur.* 573. Foricularii, & anlarii promercalium &c. hinc *Juvenalis* conducunt foricas.

Fortuna. Dea, quæ Respiciens,

Conservatrix, Grata, Placida dicebatur *ex Mon. & lap.*

Fraus, dis. ne sit ea res fraudi *formula* apud Cic. Phil. 5. & in vet. S. Consulto apud Faernum.

Fretensis. ex Freto, ut fretensis legio *Reines.* 8. 30.

Fructus. *cognom.* cujusdam *Murat.*

Fucinus, a, m. ut lacus fucinus in regione Marsorum, *Reines.* 3. 81.

Fuscula. *dimin.* a fusca *Mur.* 852.

G

GAllicula, æ. *dimin.* a gallica calceamenti genus, *Interpres vetus Juvenalis.*

Gemmarius, ii. vox latinissima, non barbara, *insc. Mur.* 641. Gemmarii de Sacra Via, & *Reines.* XI. 109. Gemmarius. Alioquin & *anularius* deberet esse barbarum, & *margaritarius*, & alia hujusmodi.

Germanicianus, a, m. *adiect.* spectans ad Germanicum, *Mur.* 922.

Gestio, is. *pro* cupio, & appeto, *Cic. de nat. deor.* I. Taurum gestire contrectationem equæ.

Gladiarius, a, m. *dimin.* ut negotiator gladiarius *Mur.* 246. non enim est barbara vox, sed latina, vel si substantive usurpes.

Gratulus, a, m. *dimin.* a gratus, *Murat.* 955.

H

HErcules. deus, qui Conservator, Invictus, Servator, Comes, Primigenius, Salutifer, Victor dicebatur ex *Monum. & lap.*

Hispellas, tis. ex Hispello Umbriæ, *Mur.* 1050.

Horrearius, ii. qui præerat horreis, adde *Murat.* 916. & 964.

Hostio, is. tam in Pacuvio Teucr. & Enoto, quam in Ennio Hect. *hostio* est *pro* pugno, non *pro* coerceo, neque *pro* cædo, neque *pro* offendo. vide sis, & æstima.

I

JAculator, ris. qui jacula faciebat, *insc. Mur.* 1669. faber jaculator.

Janus. Putarunt docti, qui lexicographos docuerunt prave, Janum fuisse locum Romæ ita dictum, ubi fæneratores consistebant; ego *contra Alex. Donatum in critice nostra ad Grævium tom.* 3. disputavi, Romæ

Romæ hanc viam ita dictam minime fuisse, maxime vero Sacram Viam, in qua tres erant Jani, hinc *Horatius* Janus summus ad imum; & *inscriptiones allat.* a *Grævio ad Cic. Phil. 6.* a Jano primo, a Jano medio, a Jano imo &c.

Incameratus, a, m. *adiect.* quod cameris fultum est, *inscr.* Mur. 1563.

Incolatus, us. adde *Reines. 7. 32.*

Increpo, as. *absolute* pro queror, *T. L.* 4. 18. dictator increpuit, quod &c. Increpo etiam *pro* jacto, ut increpare minas apud *Propert.* 1. 17.

Incresco, is. adde *Murat.* 539. increscere silvas.

Infantulus, i. adde *Murat.* 1514. *inscr.*

Inferiæ, rum. in inferiis publicis claudebantur Romæ balnea, tabernæ, templa deorum; neque sponsalia, neque convivia publica esse patiebantur, *ex S. Consulto vet. Reines.* 7. 13.

Infula, æ. infulis cæruleis utebantur sacerdotes habendæ inferiæ publicæ causa. *S. Consult. Reines.* 7. 10. infulis cæruleis infulati &c.

Instantia, æ. *pro* attentio, & amor, *Reines.* 6. 13. ob memoriam, & instantiam erga patriam.

Ispargensis. pop. in Hisp. *Mur.* 1052.

Juno. dea, quæ Lucina, Regina, Stygia dicebatur *ex Mon. & lap.*

L

Laberianus, a, m. *adiect.* spectans ad Laberium, *inscr. Mur.* 780.

Lactaneus, a, m. *adiect.* a lacte dictum, ut nutritores lactanei apud *Murat.* 1477.

Lampadaria, rum. Loculi sepulcrorum, ubi lucernæ, *Rein.* XI. 100. sua pecunia lampadaria, & ollaria donavit.

Lampadarius, ii. Vox aurea esse potest, quamvis nemo aurei sæculi usurparit, adde *inscr. Mur.* 888.

Lanarius, ii. Proprie est, qui laneas vestes faciebat, vendebatque, non qui curabat lanam, qui quidem dicebatur lanarius carminator, *inscr. Mur.* 984. lanarii carminatores; immo & lanarii pectinares, ut dixi verbo *lanarius* secundo loco. Tabernas habebant in suburra, *Mur.* 964. Lanarius de Suburra.

Lanifica, æ. adde *inſcr.* Murat. 979.

Lanipenda, æ. ita ſcultum erat in *lap.* Murat. 985. *&* 959. *&* *Rein.* XI. 38.

Lanipendius, ii. qui lanam pendit, *Murat.* 889. *&* *lap. Romæ ad Sapientiæ* Lanipendius Cratinus.

Lapicidinarius, ii. qui præerat lapicidinis; vox latina; ei lapidem impinge, qui putat eſſe barbaram, *inſc.* Murat. 751.

Latro. *cognom.* Mur. 342.

Lectarius, a, m. *adiect.* ut faber lectarius, *inſcr.* Mur. 959. ſubſtantive autem dictum in Cod. Theod. annuimus ſecundo loco. Qui igitur dicebat, vocem eſſe barbaram, in lecto cubabat, dormiebatque. Cur enim *lectarius*, qui lectos facit, non *lecticarios*, qui lecticas?

Legativus, a, m. *adiect.* ut epulum legativum *apud Murat.* 614. *ex* S. *Conſult.* itaque legas & ſecundo loco, & ibi enim eſt *adiect.* non *ſubſt.*

Leguminarius, a, m. *adiect.* ad legumina ſpectans, ut apud *Murat.* 935. Negotiatrix frumentaria, & liguminaria, *ita ſculptum erat.*

Libraria, æ. quæ libros deſcribebat, *Murat.* 924. Pompejæ libraria.

Librarius, ii. Librarius a manu, *Murat.* 971. ex quo collige, vocem *librarius* aliquando pro bibliopola accipi poſſe.

Limbolarius, ii. hanc vocem objicies Pareo in lex. crit. qui literam caninam interferendam putabat, *inſc.* Mur. 637. limbolarius *ſic.*

Locrenſis. ex Locri in Bruttiis, *Murat.* 1054.

Loricarius, a, m. ut fabrica loricaria *Vegetius* 2. XI. ubi fabricabantur loricæ.

Lotaria, æ. quæ lavat, *Murat.* 908. ſerva lotaria; *ita videtur Muratorio.*

Lucejus, a, m. *adiect.* Caſtellum Lucejum. *Cic. p. deiot.*

Lupienſis. ex Lupia Calabriæ, *Mur.* 1055.

Lympheum, i. *inſcr.* Mur. 924.

M

MAcceriatum, i. quod ex maceria conſtat, *Murat.* 1644. maceriatum extruxerunt.

Macrinianus, a, m. *adiect.* ſpectas ad Macrinum, *inſc.* Mur. 840.

Malliolus. *dimin.* a Mallio, *Mur.* 684.

Marcomanicus, a, m. *adiect.* ex Mar-

Marcomania, *insc.* Mur. 1021.

Margaritaria, æ. quæ margaritas vendebat, *Murat.* 964. auraria, & margaritaria de Sacra Via. *Margaritaria* erat etiam, quæ custodiebat margaritas, *Murat.* 892. Margaritaria Augustæ.

Marmorarius, ii. Non erat, qui secabat marmora (nam Lapicida dicebatur) sed qui imagines, statuasque ex marmore faciebat; hoc patet ex Seneca ep. 79. *Statuarios, marmorarios* &c. Statuarii metalla tractabant, marmorarii lapidem.

Melior, ris. *pro* fortior, *Horatius* Tydides melior patre; *Cic. Phil.* 8. melior fiat Antonius.

Mercurius. Mercurio nundinatori, *ita in lap. Murat.* 80.

Metropolis. *nomen* cujusdam, *Mur.*

Mevanas, tis. ex Mevania opp. Umbriæ, *Mur.* 1112.

Minerva. Dea, quæ Fatidica, & Palladia dicebatur *in Mon. & lap.*

Misquilensis. pop. in agro Tarvisiano, *Mur.* 867. pagani misquilenses.

Molio, is. *pro* molior, ris. *in S. Consult. vet. Rein.* 7. 10. molit, obsepit, figit.

Molochinarius, a, m. *adiect.* Vestiarius tenuiarius molochinarius, *Murat.* 929. Molochinarius autem videtur non esse infector *ex inscript. supr.* sed vestiarius coloris molochini; præterea in Plauto vestiarii, quibus maxime opus erat, non adsunt, nisi fallor; adde quod ibi iam infectores adsunt.

Monetarius, ii. *pro* eo, qui præest Monetæ, *Mur.* 768. Liberto Monetario.

Monomarita, æ. *pro* univira, *Mur.* 1010.

Mos, ris. *locut.* ad antiquum morem relabi, *Rein.* 7. 32.

Mulco. *pro* multo. Ita enim scribendum vere esse, patet etiam *ex Reines.* 4 3. mulcavit lanios pecunia mulcaticia.

N

NEgligo, is. præt. *neglegi* apud veteres, *Cic. Phil.* 13. *c.* 16. ex MSS. quod vidit Gulielmus.

Nemausensis. *Reines. in app.* 2.

Neocæsariensis. ex Neocæsarea Cappadociæ, *Mur.* 1062.

Norbensis. ex Norba Hispaniæ, *Mur.* 1064.

Novocomensis. ex Novocomo, *Cic.* 14 *ep.* 35.

Nundinator, ris. *pro* eo, qui præ-

præest nundinis, *Reinef. insc.* 80. Mercurio Nundinatori.

O

OBsequens, tis. *superl.* obsequentissimus *adde Mur.* 1393.

Obtusus, a, m. *Cic. de Na. deo.* quid obtusius?

Oceanus. *cogn.* Mur. 1453.

Ocularis. ut medicus ocularis, *Mur.* 927.

Operculum, i. proprie dictum, *inscr. Mur.* 1756. ædiculam ollæ cum operculis & titulis, marmoreis.

Ornator, ris. *pro* eo, qui ornat capillos, *Rein.* 9. 62. Eperastus Juliæ ornator.

Oppius, a, m. Basilica oppia *Capitolinus*, & statua oppia apud *Plautum*; lexicographi tamen Plautinum hunc locum non invenient; quare reddenda est a nobis ratio, cur citarim. Versus adhuc erat hujusmodi *dites damnosos maritos apud Leucadiam Oppiam.* Alex. Donatus dicebat, versum non esse Plauti; ego vero eum contra ad Grævium dixi, locum quidem esse corruptissimum, sed Plautinum, quem ita emendare conatus sum, *dites damnosos maritos apud lævam Cajam oppiam* h. e. statuam. Oppius enim legem tulit de luxu matronarum pro maritis, qui postea miseri, ac pauperrimi sedebant ad ejus statuam.

Officulum, i. *dimin.* ab os *inscr. elegans Mur.* 1514. misceboque tuis balsama in officulis. adde *Rein.* 14. 192.

Otacilianus, a, m. *adiect.* spectans ad Otacilium, *Rein.* 140. 40.

P

PAn. Lucido Pani *Rein. inscr.*

Pannonius. ex Pannonia, *Rein.* 6. 128. Alæ Pannoniorum.

Parietarius, a, m. nunquam subst. usurpatum, *Firmicus* structor parietarius.

Parthenopæus, a, m. *Mur.* 1238. spectans ad Parthenopem.

Patagiarius, a, m. *adiect.* Manuelarius patagiarius *lapis Roma.*

Perficio, is. *pro* conficio, & eneco, *inscr. Murat.* 1645. Huic sit iniqua Ceres, perficiatque fame.

Perago, is. *præt.* peragerat in *S. Consult. vet. Rein.* 7. 13.

Phylax, cis. custos. *Reinef.* 9. 100. Aug. phylax.

Pig-

Pigmentarius, ii. non vendebat thus, non aromata, non unguenta, sed ceruſſas, & colores. Nam erant jam thurarii, aromatarii, unguentarii; & ſane Firmicus diſtinguit, cum ait *thurarios*, vel *pigmentarios*. *τὸ vel* pro *&*, ut apud Virgilium *pietate*, *vel armis*.

Piſtor, ris. vendebat jentacula, *Martialis* 14. *d. ult.* vendit pueris jentacula piſtor. *Piſtor* pro coquus *idem Martial. de Piſtore loquens*, mille tibi dulces operum manus iſta figuras extruit. Stabant autem Piſtores in Velabro *ex Plauto* & in foro Piſtorio.

Polybianus, a, m. *adiect.* inſcr. Mur. 1268.

Pomarius, ii. erat, qui vendebat fructus omnes ex arbore, non poma tantum; Pomum enim complectitur fructus omnes; adde *Spon.* 230. C. Jul. pomarius de Circo Maximo. Poma vendebantur & in ſacra via *Varro*, & *Ovidius*.

Ponderalis, le. quod ponderatur, *Rin.* 7. 15. pecunia ponderalis.

Pontobithynius, a, m. provincia pontobithynia *Rein.* 8. 51.

Porticulum, i. parva porticus, *inſcr. Murat.* 1716. cum monuto, & porticulo.

Porcilius, a, m. *adiect.* ſpectans ad porcum, *lap. vet. Mur.* 341. porcilias piaculares duo. *Porcilius* cogn. quoque civis Romani.

Profuturus; *cogn.* neſcio cujus *Murat.*

Prolabor, ris. *translate* pro quavis in re, & quovis modo provehi, *Cicero pro Cælio c.* 20. huc unius mulieris libidinem eſſe prolapſam.

Profideo, es. *Reineſ.* 1. 45. Profidentibus Victorino, & &c. hinc *proſeda* meretrix quæ ſedebat ante januam.

Proſocer. adde *Rein. 6. 92.*

Protectum, i. adde *Murat.* 1755. protectum ante ollaria fecerunt.

Q

Quinquennalitas, tis. ſpatium annorum quinque, vel erat magiſtratus quidam, quæ annos quinque durabat, *Rein. 6.* 32. quinquennalitate ſua &c.

Quadrivius, a, m. *adiect.* ut dii quadrivii *Reineſ. inſcr.* 40.

Ra-

R

RAbirianus, a, m. *adiect.* spectans ad Rabirium, *Reines. inscr.* 94.

Rationator, ris. idem ac rationarius, *Reines.* 1. 53.

Refactus, a, m. *pro* refectus, a refacio *apud* Plautum Truc. 4. 4. Neque refacta usui essent futura *S. Consult. vetus Reines.* 3. 10. unde colligite, veram lectionem Plauti esse refacere, non re facere.

Refector, ris. pro eo, qui reficiebat pectines, *Spon.* 231. refector pectinarum.

Remoro, as. *insc. Mur.* 1752. idem ac remoror.

Retraho, ii. *retrahere se* absolute dictum pro *negare promissa* docuimus secondo loco. hic adde elocutionem elegantem apud *Rein.* 7. 32. retrahere se a ritu majorum.

Rogus, i. videtur non esse strues lignorum ex lege XII. tab. apud Cic. *rogum ne facito*, quomodo enim comburatur corpus sine lignorum strue? praetereà est *ascia ne polito*. ineptum asciare ligna. quare videant otiosiores.

S

SAlarius, ii. lege in calce *salarius* non *salsarius*. Salarii enim non vendebant salsamenta, sed salem, hinc *annona salaria* apud T. L.

Sagarius. qui saga ferebat, vel sago induebatur *Rein.* 8. 70. miles sagarius.

Sandalarius, ii. hanc vocem, quam dedi secundo loco, in Plauto lexicographi non invenient. Monendi igitur sunt, me in notis criticis ad Graevium offendisse lectionem inquinatissimam Plautinam *sedentarii tutores*, quam cum extricare non possent eruditissimi, legebam ego *sandaliarii sutores*. Quidquod habeo inscr. vet. *Rein.* 299. ubi liquide erat *sandaliarius*? hoc sane tuetur Plautinam meam.

Saffinas, tis. pop. in Vmbria, *Rein.* 7. 20. Bebius Gemellus Saffinas.

Sauciatus. *adde Cic. p. Sext.*

Scalare, ris. *neutr. gen.* ut altare, ris; *Rein.* 7. 16. Hoc scalare adplicitum &c.

Sceleratus, a, m. *pro* infelix, dixi secundo loco. hic *adde Rein.* 12. 122.

Scriniarius, ii. qui faciebat scri-

nia

ria, *Rein.* xi. 102.

Serenianus, a, m. *adiect.* spectans ad serenum, *Rein.* 286. *inscr.*

Sericarius, a, m. *adiect.* numquam enim adhuc substantive usurpatum fuit; *ita Firmicus* Textor sericarius. *Sericarius* etiam est, qui negotiatur rebus sericis, *Rein.* xi. 25. Negot. sericarius.

Seplasiarius, ii. Non vendebant aromata, sed unguentis negotiabantur, en *Festus* seplasia forum Capuæ, in quo plurimi unguentarii negotiantur; *& Varro* doti dato seplasia Capuæ, *quia feminæ unguentis delectantur*. Quare *lapis vet. Spon.* 232. Adjecto Sex. Avidi Seplasiarii negotiantis.

Severinus, a, m. *adiect.* spectans ad Severum, *inscr. Mur.* 1360.

Sigillarius, a, m.)adiectivum & - est. Non Sigillariarius, a, m.) enim substant. unquam fuit; *Reines.* 11. 89. Flatuario sigillario; *lap. vet.* C. Iunio Talationi Lib. Flatuario sigillariario. Differre autem videtur sigillarius a sigillator, de quo secundo loco dixi ex lap. Pisaurien. quod sigillator ex argilla, sigillarius spiritu conflabat sigilla ex ære, vel alia quavis materia.

Signarius, a, m. vox latina, non barbara; *vide secundo loco.*

Siliginarius, ii. qui panem ex siligine conficiebat, *lapis Romæ* Iovi conservatori Patr. Patr. coll. siliginariorum.

Silvanus. deus, qui salutaris, & domesticus dicebatur.

Societas, tis. *locut.* in societatem aliquem assumere, accipere, in societatem se dedere, ab societate descifcere *Livianæ sunt*. Societatem dirimere, coire, conflare *Ciceronianæ.*

Specularius. est latina vox, non barbara. *vide secundo loco.*

Socio, as. sociarat *pro* sociaverat *Cicero.*

Statuarius. Statuariæ quinque genera faciunt, quæ lignum tractat, quæ argillam, quæ gypsum, quæ marmor & lapides, quæ metella.

Sutor, ris. Sutores habebant tabernas in Argileto *ex Martial.* 1. 18. denigrabant autem ligulas calcei melanteria, ex Scrib. Largo *comp.* 208.

Suaria, æ. h. e. ars suaria, *lapis vetus*. Qui suariam facient in Aedict. Præf. Urb.

Sublugeo, es. adde *Rein. S. Consult.* 7. 13.

C Tau-

T

TAurobolatus, a, m. *Rein.* 1. 42. petram taurobolatam posuit h. e. *ubi taurobolium factum.*

Tectum, i. *translate dictum*, ex alto cœli demittere tecto *Horat. Sat.* 5.

Tegularius. qui tegulas fingebat, *Rein.* XI. 92. Teclarius *sic.*

Terra, æ. Formulas ad mortuorum cineres nonnullas docuimus infra secundo loco; hic nota & istaspte; ne gravis esse velis, *inscr. Mur.* 539. levis super ossa residas, *idem* 1551.

Testacicus, a, m. *adiect.* idem ac testaceus, *Rein.* 8. 61. in hypoeæum testacicum.

Textrinus, a, m. exemplum Ciceronis, quod afferunt in hac voce lexicographi, vim habet substantivi, nec pertinet ad hunc locum.

Textrix, cis. *adde Rein.* XI. 77. Textrici Vestiariæ Tenujariæ.

Themetrensis. ut civitas Themetrensis, *Rein.* 7. 17.

Tibiarius. vox latinissima, non barbara; vide secundo loco. Cur enim non tubarius, cornuarius, arcularius? videte hominum.....

Timiligensis. *Rein.* 7. 18.

Toga, æ. Toga communis Romanorum non erat alba. *vide criticen nostram ad Grævium contra Ferrarium, & Rubenium.*

Topiarius. *adde* Gruter. 651.

Tricenarius, ii. *pro* eo, qui præest triginta militibus, *Reines.* 8. 39. præf. tricenarii.

Trivius, a, m. *Rein.* 140. *inscr.* dii Trivii.

Tunica, æ. Tunica communis Romanorum non fuisse albam, diximus infra.

V

VAscularius, a, m. *adiect.* L. Junio Poculento Argentario vasculario. *Spon.* 67. negotiator argentarius vascularius. *unde collige, vascularios argentum tractasse.*

Vernacla, æ. idem ac vernacula *Rein.* XI. 57.

Vitrarius, ii. Vitrarii emebant vitra fracta, ut fit apud nos, *Martial.* 1. 42. sulphurata fractis permutat vitris. Stabant autem in vico vitrario in regione prima, ubi tabernæ, præsertim ad Circum Flaminium, *Martial.* Accipe de Circo pocula Flaminio.

Vitrarius, a, m. *adiect.* vide vitrarius, ii.

Voluntas, tis. *locut.* ad voluntatem alicuius se conformare, *Reines.* 1. 8. vide secundo loco.

A

A importat rem, cui aliquid inservit, inscr. apud Grut. p. 141 operæ veteres a scena. & actionem, *lapis* a calamistro h. e. qui calamistro capillos crispat. & officium, ut ab actis, a punctis, a voluptatibus, a potione, a vehiculis &c.

Abdico, as. *T: Liv: 2: 1:* abdicasse & abdicasset *pro* abdicavisset.

Abscondo, is. verbum est in obscenis *Cic: Her:* Abscondens, & retentans se *h. e.* vorans se capite demisso.

Abstergo, is. *Catullus ad Jupent.* abstersti *pro* abstersisti.

Abroicus. hæc est vera, & latina vox apud Nonium c. 3. n. 43. In Abroico *h. e.* rusticano. Nam veteres utebantur b. *pro* g. ut subgero *pro* suggero, ita abroicus *pro* agroicus, recte.

Abundantia, æ. *locutiones*. Ex egestate in abundantiam traduci *Cic. agr.*

Accedo, is. usurpatur etiam impersonal. *Cæs. g. b.* Accessum est ad Britanniam.

Accelero, as. Acc. apud Non. c. 2. accelerasse *pro* acceleravisse.

Accensus. Accensi erant diversi a statoribus. vide Criticen nostram ad Græv. tom. 1.

Acclamo, as. *T. Liv.* 45. 40. Acclamassent *pro* acclamavissent.

Accusatorius, a, m. adde *T. Liv.* 45. 10. accusatorio spiritu, & accusatoria voce.

Acherinus, a, m. *Cic. Verr.* 5. Acherinos perditos esse *h. e.* qui habitabant ad fl. Acherontem in Bruttiis.

Acidinus, a, m. hinc L. Manl. Acidinus apud T. Livium, *h. e.* qui habitat, vel originem trahit ex agro venafrano ad fontem Acidulum.

Acies, ei. usurpatur transl. ad forum, *Cic. de Or.* 1. acies forensis. locutiones autem sunt aciem restituere, dirigere, fundere, instituere, in hostem obvertere *apud T. Liv.* & in aciem procedere, in aciem copias educere, in aciem descendere, *apud Livium*.

Acmonensis. ex Acmonia Urb. Phrigiæ *Cic. pro Flac.*

Actus, us. *Cic. Verr.* 4. In quarto actu improbitatis; *Et ad Q. Fr.* tertius annus tanquam tertius actus ornatissimus. *locut.* erumpere in actum, *Cic. p. d. f.*

Acus, us. a græco *ἀκὶς cuspis*. usurpatur autem pro calami-

 stro

ſtro, *Juven. Sat.* 2. ſupercilium obliqua producit acu.

Acutus, a, m. *ſuperl.* acutiſſimus ingenio *Cic. de or.* 1. fuit etiam cogn. Cornelii Acuti. *inſcrip. Mur. t.* 1. *p.* 22.

Adamas. a græco ἀδαμαςος *indomitus* ob ejus duritiem. præn. erat L. Licinii Adamantis, lap. Grut. p. *6*.

Ademptus, a, m. pro mortuo *Catullus* Frater adempte mihi. *Ovidius* Lacrimas Celſo libamus adempto.

Aditus, us. *locut.* aditum rogare, & impetrare *Phædr.* 4. aditus intercludere *Cic.* aditum munire alicui rei. *Cic. p. Cl.*

Adjutor, oris. *lapis* adjutor libelli.

Adopto, as. *Cic. Verr.* 1. adoptarant *pro* adoptaverant; & adoptarint *Cic. p. d. ſ.*

Adoro, as. pro agere, ut adorat furto *in leg.* XXII. *tab.* h. e. agat furto. *T. L.* adoraſſet *pro* adoraviſſet.

Adſum, es. Verbum erat Cenſorum proprium, *Vellejus Pat. l.* 2. Cenſores L. Aem. Augurem adeſſe juſſerunt.

Adventus, us. In adventum rejicere aliquid *Cic. Att.*

Adverſarius, a, adverſarium *pro* adverſariorum *apud Terent. Hec. prol.*

Adveſperaſcit. *Hirt. b. hiſp.* adveſperaſſet *pro* adveſperaviſſet.

Advocatus, i. dicitur etiam extra litem, & cauſam, *lapis* Advocato ab epiſtolis latinis.

Aedificio, as. *Cic. p. l. Man.* ædificaſſet. *p. d. ſ.* ædificaris *pro* ædificaveris; & V. Max. ædificaſſe.

Aegienſes. pop. ex Aegio Urb. Græc. *T. L. l.* 38. *c.* 30. Aegium autem eſt apud eund. Liv.

Aelianus, a, m. *adject.* ex Aelio, ut ælianæ orationes *Cic. Brut.*

Aemonenſis: ex æmonia *Cic. p. Fl.* legati æmonenſes. *deinde* litteræ Aemonenſium.

Aemulus, pro rivali, adde Cic. Verr. & Terentium, & Catullum *Aemulus iſte tuus.*

Aequum, abſolute pro loco equuo, & plano, *T. L. l.* 1. *d.* 1. Non prius deſcenderunt in æquum.

Aer, ris. a græco ἀείρω tollo. Aer enim altum petit.

Aerarius, a, m. *adject.* æraria ratio *Cic. p. Quin.* Aerarii autem tributi nómine æra pendebant, non carebant jure ſuffragii, neque ſtipendio militari. *vide criticem noſtram in Grævium tom.* 1.

Aeſculapius, a, m: *adject.* ut æſcu-

æsculapium templum *lapis*.

Aes, ris. *locut.* æs alienum facere, ære demergi, æs erogare, ære alieno exsolvi *apud Livium*.

Aestimo, as. pro puto usurpat *Phædrus* 3. 4. ridicule dictum quam vere æstimo; & 4. 17. Turpe æstimantes aliquid commissum a suis.

Aestuo. absolute *pro* dubito, *Cic. Brut.* plane æstuo.

Aetas, tis, *locut.* ætatem conterere in aliq. re *Cic. orat.* in ætatem venire *T. L.* 32. 34.

Affinitas, tis. *locut.* In affinitatem alicujus pervenire *Nepos Att.*

Affrictio, nis. idem ac frictio *Phædr.* 4. 13. Affrictione veretri. *ex opt. MSS.*

Afranianus, a, m. *adject.* ex Afranio, *Hirt. 6. hisp.* Quarta fuit Afraniana ex Africa.

Age porro. *concedentis etiam est.*; Age porro sciissent *Phædr* 3.

Agrego, as. *Cic. fam.* 1. 9. agregassem *pro* agregavissem.

Agrestis. a græco *ἀγρωστις gramen*, quod in agris est.

Agmen, nis. a græco *ἀκμεὶ vigor ætatis*. quia agmen componitur flore virorum Vox autem hæc ad forum transfertur *Cic. de or.* 1. In agmen, atq. aciem forensem.

Agnati; agnatum pro agnatorum *Cic. Her.* 1. xi.

Agnosco, is. agnosti pro agnovisti *Ter. Andr.* 3. 4.

Agrippinensis. ex agrippina Colonia *lapis* Cur. Col., Claud. Aug. Agrippinensium.

Agyrinensis. ex Agyrio, *Cic. Ver.* 4. Sosippus, & Epicrates fratres sunt Agyrinenses.

Ah. gaudentis, & optant. *adde Catullum* quis dens ah magis est petendus.

Alapa, æ. usurpatur pro quavis ictu manus, *Phædr.* 5. 3. Calvi momordit musca nudatum caput, quam opprimere captans, alapam sibi duxit gravem Usurpatur etiam pro libertate *idem* 2. 5. donationis alapæ gaudio.

Albus. cognomen erat A. Postumi Albi Cos.

Ales, tis. a græco *ἀληθὴς verus*, quia vera nuntiat augurio.

Aletanus, a, m. ut Aletani pagi *in tab. lap. apud Mur p.* 21. *t.* 1. ex Aleta oppido Sicil.

Alexandria, æ. nomen fuit Saufeiæ Virg. Vest. *lapis*.

Alga. etiam in lacubus alga est, *Phædr. App. f.* 2. In algas lacus fugientes.

Alienus. fuit hoc nomine dictus subscriptor quidam in causa Cæcilii cont. Verr. *superl.* alienissimus *apud Cæs. b. gal. 6.*

Aliquanto. cum compar. *T.L.* 7. 10. aliquanto cupidius.

Aliquis. Aliquid esse h. e. in pretio esse, *Cic. Att.* aliquid esse; *Catullus hend.* 1.

Allifanus, a, m. *lapis* Allifanorum patrono.

Alludo, is, *pro* irridere usurpavit *Phædr.* 4. 9. Intempestive qui occupato alluserit.

Alma, æ. a græco ἄλμα *saltus*, quia salit.

Altercatio, nis. *locut.* altercationem dirimere *T. L.*

Alterco, as. *Ter. And.* 4. 1. altercasti *pro* altercavisti.

Amabilis. *cognom.* lap. apud Murat. tom. 1. p. 16.

Ambustus. *cognomen* Q. Fabii Ambusti Trib. Mil.

Amens, tis, *superl.* amentissimus apud *Cic. Verr.* 5. homo amentissimus faciebat accesiones.

Amestratini. prop. ex opp. Amestrata Siciliæ *Cic. Ver.* 5.

Amicitia, æ. in plural. usurpavit etiam *T. L.* 40. 46. Amicitias immortales locutiones autem sunt hæc. In amicitiam aliquem accipere *Cic. Att.* 2. In amicitia permanere *T. L.* 33. 35. Ad amicitiam alicujus se applicare *Cic. Ver.* 4. In amicitia manere, & ad amicitiam arrepere *Cic. Ver.* 5. amicitiam instituere *T. L.* amicitiam confirmare *Cæs. b. g.* 1. appetere, redimere, facere, petere *Cæs.* se amicitiæ dedere, & demovere *Cæs.* In amicitiam venire *Hirt. b. Alex.* In amicitiam alicujus se insinuare *Plaut. Cist.* 1. In amicitiam redigere *Hirt.*

Amitertinus, a, m. *adject.* ex Amiterno urb. Sabin. in Ital. *Vitruvius lib.* 2. *c.* 7.

Amo, as. a græco ἅμα *simul*: Amantes enim una esse solent. est autem verbum in obscen. pro pædicare, *Catullus* eum voluisti amare; & ad Juvent. alibi.

Ampliatus. *cogn.* cujusdam apud Murat. inscript. p. 1. t. 1.

Ancaria Dea Aesculanorum *Tertullian.*

Anconitanus, a, m. *adject. Cic. p. Cluent.*

Angulus, i. Nec ullo in angulo *formula pro* nullo in loco, *Cic. Cat.*

Angustia, æ. *locut.* In angustiis esse *Cic. Att.* 10. evadere angustias *T. L.* in angustias deduci *V. Max.*

Anhe-

Anhelo, as. anhelare alicui *pro* adulari, & gratificari, *Phædr.* 2. 5. occupata in otio, gratis anhelans.

Anima, æ, pro odore, *Phædr.* 3. 1. ad amphoram, o suavis anima! *locut.* animam trahere, h. e. proximum esse morti *T. L.* animam ducere h. e. vivere *T. L.* animam efflare, agere *Cic. Tusc.*

Animus, i. animus mentis *apud Catullum locut.* animo parati *Cæs. b. g.* 7. animo adesse h. e. sine timore esse *Cic. som. Scip.* Ades animo, & omitte timorem. animum bonum habere *formula* in rebus infaustis *T. L.* animum confusum colligere, animos tentare, confirmare, inducere *T. L. Cic.* animum relaxare *Phædr.* ad aliquid transferre *Cic. Verr.* 4. inclinare *T. L.* ad animum aliquid referre *Phædr.* animo cernere *Cic. Cat.* 4. animum arrigere, remittere ab aliqua re, appellere ad aliquid *T. L. Ter. And.* 1. 1. animum adjungere, effeminare *Cæs. b. g.* animum inducere h. e. credere *Terent.* demittere, efferre, repetere, sumere *Cic. T. L.* deflorescere animos *T. L.* mandare aliquid animis *Cic. Cat.* animos confirmare, laxare laboribus, in animum aliquid demittere animos pertentare, recipere animum *T. L.* animos reconciliare, addere, crescere, tollere, frangere *T. Liv.* animo præcapere aliquid *T. L.* animum abducere ab al. re, contrahere, & demittere *Cic.* animum intendere ad aliqnid, animum facere *T. L.* animos efferre, augere, conciliare, apud animum statuere *T. Livius.*

Annalis *cogn.* L. Villi Annalis *Val. Max.*

Anniensis. ut anniense municipium *lapis Grut.* 469.

Anniversarius. anniversaria arma *T. L.*

Annona Dea *lapis* Annonæ Sanctæ.

Annus, i. anno extremo *sul fin dell' anno T. L.*

Antiatis. ut rem antiatem *apud Livium*, quæ ad Antium spectat.

Antigonensis *T. L.* 42. ex Antigonia urbe Arcad. vel Macedoniæ.

Antiochianus, a, m. *Adject.* ex Antiochia *Cic. fam.* 9. 8.

Antiquatus, a, m. antiquata lege *T. L.* 5.

Antiquus, a, m. *locut.* ad antiqua redire *T. L.* in antiquum

tiquum statum restituere *Cic. Verr.* I.

Anularius, a, m. *adject. Suet. Aug.* 72. Scalæ anulariæ h. e. in formam anuli, quod vulgo dicunt *a bovolo*.

Apex, cis *pro* pileo *T. L. 6. l.* I. apicem dialem imponamus. *Val. Max.* I. *c.* I. apex e capite prolapsus.

Appendix, cis. *T. L. l. 9.* appendicem belli.

Appianus, a, m. *adject.* ex Appio, *T. L. l. 3. d.* I. Appiana libido; *alibi* 10. appianus exercitus; & *Cic. fam.* 3.

Applico, as. applicarat *pro* applicaverat *Cic. p. Clu.*

Approbo, as. approbasses *Cic. Brut.*

Aprensis colonia *Plin.* 4. XI. ex Apro Urb. Thraciæ.

Apronianus, a, m. *adject.* ex Apronio. *Inscr. Mur. t.* I. *p.* 22.

Aptensis *lap. Spon.* 164. Ordo aptensium; ex Apta Urb. Narbon.

Apud *pro* ab, *T. L. 8. c. 7.* Tum principum pugna erat &c. *deinde* Si apud principes quoque haud satis prosperę esset pugnatum.

Aqua, æ. est in obscenis *pro* spermate, *Ovid. in arte* Quid nisi quam sumis dic mihi perdis aquam.

Aquæductus, *apud Cic. Att.* 13. de aquæductu probe fecisti.

Aquilianus, a, m. *adject.* ex Aquilio, *Vitruv.* 5. I.

Aquor, aris. etiam *T. L.* 44. 39. & 39. 27.

Aquosus campus *T. L.* I. 8.

Arabrigensis pop. munici. in Lusitania *ex vet. lap. allat. a Pancirol. apud Græv. tom.* 3.

Aravi. pop. munic. in Lusit. ex eod.

Arena. *cognom.* cujusdam *apud Muret. t.* I.

Arbitrium adigere *pro* agere, *Cic. p. Q. R. Com.*

Arbor, ris. alii erant felices, alii infelices. vide *infelix*.

Arctus, a, m. arcta turba *folta Tibull.* 5. I.

Arcuatura, æ. *Front. de aquæd.* substructio, & arcuatura. ita habent Cod. omn. opt.

Ardor, ris. *locut.* ardorem restinguere *Cic. Brut.*

Arduus, a, m. etiam substant. *T. L. l.* 5. quo successerit in arduum.

Aretium. olim erat municipium, *lapis* munic. aretinum.

Argentarius, i. argentarii non erant mensarii. Nam mensarii præerant argentariis, *T. L.* Triumviri mensarii creati, qui numulariis præerant.

Ar-

Argentum, i. argentum cavum h. e. vasa argentea *Varro*.

Arieto, as. arietare in aliquem *Accius apud Cic. div.* 1.

Ariſtifer, ri. *inſcript. Murat. t.* 1. Cereri ariſtiferæ.

Arma. *locut.* In armis habere juventutem, arma capere, parare, deponere, intentare *Livianæ ſunt*.

Armo, as. *abſol. T. L. l. 6.* legum latores & ipſi armant.

Arpinum. fuit olim municipium *ex Cic. Att. 9.* municipibus noſtris &c.

Arrigo, is. verbum in obſcenis, abſolute poſitum, *Mart.* Arrigis ad vetulas, faſtidis ſæpe puellas.

Ars, artis. a græco ἄρτος *panis*, qui comparatur ejus beneficio.

Artificioſus, a, m. habet comp. *Cic. de In.* 1. id quod artificioſus eſt; & *ſuperl. idem Cic.* artificioſiſſimi putati ſunt.

Aruenſis. ut munic. aruenſe *Gruter.* 476. inſcrip.

Aſecitanus, a, m. *adjeꝯ.* colonia aſecitana *Grut. p.* 305.

Aſellus. nomen propr. de quo *Cic. de or.* 2. 66.

Aſinus, i. a græco ἀσιτὸς *confertus*, vel ἄζηλος *ſine invidia*: pro ſtulto autem uſurpat *Ter. Eun.* quæ dicta ſunt in ſtultum caudex, aſinus.

Aſopus *apud Livium* 36. 22. flumen.

Aſparagum. opp. Macedon. *Caſ.* 6. *c.* 3.

Aſpere. ſuperl. aſperrime *Cic. Att.* 2.

Aſpernas: nomen Romanum *Hirt. 6. afr.* Aſpernate Proconſule.

Aſpicio. aſpice me. *form.* cum attentum volumus auditorem, *Plaut. Amf.* 2. 2. 88. me aſpice, volo loqui.

Aſſevero, as. proprie eſt ſerio affirmare *Cic. Brut.* Bella ironia ſi jocamur, ſin aſſeveramus &c.

Aſſigno, as. verbum proprium, cum de agris ſermo eſt, *Cic. agr.* 3. In hac aſſignatione agrorum; *T. L. l. 6.* agri aſſignati.

Aſſueſco, is. aſſuerit, pro aſſueverit *Horat. l.* 2. *ſ.* 2.

Aſſurgo, i. imperſonal. *T. L.* 9. 46. cum ei aſſurrectum non eſſet; *& Suet. Aug.*

Aſtigitanus, a, m. adject. *lap. Gr.* 351. colonia aſtigitana, *ex Urb. Aſtigi Hiſp. Bæt.*

Aſturicenſis. *lap. Tarr. in Hiſp.*

Ateſte. ſcribitur & Anteſte *ex lap. vet.* Inter anteſtinos, & Veicetinos.

Atratinus, a, m. ex Urb. Atrace Theſſaliæ, *hinc apud T. L.*

T. L. A. & L. Sempr. Atratinus Cofs.

Atque *pro* atqui *adde Catullum* atque cognoram &c. *& alibi* atque, fi faceres fatur, tacerem.

Atrius. cognomen romani equitis apud *Hirt. 6. Af.*

Atrociter pro fortiter, & elate, *Cic. in Or.* contenta voce atrociter dicere.

Attento, as. attentarit *Phædr.* 5. 2. pro attentaverit.

Attero, is. habet præt. etiam atterui, *Tibul.* 4. 1. atteruiffe; & fupin. atteritum *Tacitus* atteritis; *ita erat in opt. Cod. Vatic.*

Attonitus. a græco ἀδόνητος *immobilis*.

Au. Fere femper eft interjectio corrigentis, & negantis, *Ter. Eun.* 4. 4. au; ne comparandus quidem. *idem An.* 3. 2. Patiamur, an narremus cuiquam? au, au; an hoc perferendum videtur?

Auceps. erat etiam, qui aves vendebat Romæ in vico Tufco *Hor. l.* 2. pomarius, auceps Tufci turba impia vici.

Aucte. compar. ufus *Horat. f.* 5. *l.* 2 auctius, atque dii melius fecere. *Nifi dubia eft lectio.*

Auctoritas, tis. *locut.* auctoritate perpelli *T. L.* 22. 23. auctoritatem imminuere *Cic. Att.* 1. auctoritatem amplificare *Cæf. b. g.* 2.

Audacia, æ. *locut.* audatiam accendere *T. Livius* armari audacia *Cic. Cat.* fpoliari armis audaciæ *Cic. p. d. f.*

Audax, cis. audax ad facinus *Cic. Cat.* 2.

Audio, is. audifti *Ter. And.* audiffet *Cic. p. Cl.*

Aventicenfis; ex Urb. Aventico Gall. Celt. *lapis* Incol. Col. Aventicentium.

Avifpex, cis. idem ac harufpex, *infcr. Murat. p.* ...

Avoco, as. avocarint *pro* avocaverint, *Plaut. & Cic.*

Aurigator, ris. in fuo propr. fenfu *lap. all. a Panvinio* M. Vipfanio aurigatori.

Auritulus, i. pro afino ufurpavit *Phædr.* 1. XI. Auritulus clamorem tollit totis viribus. olim erat *auriculas* ineptum, non enim totis vitibus opus erat, ut auriculas tolleret.

Aurum, i. *locut.* montes auri polliceri *Ter. Thor.* 1. 2. pro ingentia polliceri.

Auruncus, a, m. *adject.* Auruncum bellum cæptum *T. L.* 7.

Aufetani. pop. prox. Celtib. *T. L.* 24. 20.

Aufpi-

Auſpicium, i. *mala erant auſpicia apud Rom.* ſi pulli non paſcebantur, ſi ex cavea tardius exierint, ſi occinuerit avis, *T. L. l. 6.* mala in nuptiis narrat Terent.

Autem. aliquando cum præterea conjungitur. *Ter. Ad.* 402. 2. Præterea autem.

Autor, oris. Autor etiam eſt, qui agit aliena, *Feſtus* Procurator abſentis nomine, autor eſt.

B

B olim *pro* F. ut bruges *pro* fruges; & *pro* p. ut ſcribtis *pro* ſcriptis *Lamb. in MSS.* Pro b. autem utebantur veteres *u.* ut Urvinum *pro* Urbinum *ex lap. Rom. apud Cæſios.* & vice verſa b. *pro* u. ut minerba *pro* minerva *lap.*

Bacchius. inſula, quæ imminet Urbi Phocæntium *T. L.* 37. 21.

Bajus, a, m. adject. aquæ bajæ *Propert. l.* 1. *el.* XI.

Balbus. cognomen Q. Lucilii Balbi *Cic. Brut.*

Baliſta. mons in Liguria *T. L.* 39. 2.

Bacchatus, a, m. *Virgilius* Virginibus bacchata Lacænis. non ſignificat *a bacchantibus uſurpata*, *ſed clamore virginum concuſſa.*

Bacchor, aris. proprie ſignificat *clamitare* quaſi biacchor a Βία vis & ἰαχω *vociferor*, *Catullus* bacchantes evoe h.e. clamitantes Evoe; *ita Cicero* furere, & bacchari h. e. vociferari; ita cæteri, quos afferunt lexicographi, *Cicero* aſpectus Cethegi bacchantis h. e. os aperientis, & clamitantis. nemo enim fortaſſe pro inſanire uſurpavit.

Balbillus. *diminut.* a bulbulus, hinc Cæcilia Balbilla *inſcript. Murat. t.* 1. *p.* 20.

Balneator, ris. *Spon.* 220. C. Aſinio Fabro Balneatori.

Banienes. pop. municipales in Luſitania *lap. all. a Pancirollo apud Græv. t.* 3.

Barbari. barbarum *pro* barbarorum *apud Phædr.* 4. 6. In perniciem Grajum, & Barbarum.

Barbarus. nom. Cæcilii Nigri, *Hirt. b. hiſp.*

Barbatus. *pro* hirco *Phædr.* 4. 8. cogn. quoque fuit L. Horat. Barbat. *T. L.*

Barbata. *cognom.* Fortunæ.

Barbulus. *cogn. apud T. L.* Aemilii Barbulæ Trib. Mil.

Barrus. *cogn.* T. Betucci *Cic. Brut.*

Basilice, ces. *inscr. Murat. p.* 158. cum officio Basilices.

Bassianus, a, m. ex Basso, *inscr. Murat. t.* 1. *p.* 18.

Batillus; fuit etim Mimus quidam Augusti ævo *Phædr.* 5. 7.

Bellaria. non erant cupediæ. Nam cupediæ erant esculamenta, & poculamenta; bellaria autem nuces, res mellitæ, & alia hujusmodi *Macrob.*

Bellum, i. a græco Βάλλω *jacio* vel Βέλος *telum*, quia olim arma veterum jaciebantur. *locutiones* sunt, ardere bello *Cic. Att.* 6. bellum indicere, serere, arcere, inferre, apparare, instaurare, administrare, propulsare, reparare, ciere, suscipere, defendere, renovare *apud Livium*. bello defungi *Horat. c.* 3.

Bene. *pro* libenter *Ovid. Am.* 2. Leve fit, quod bene fertur, onus.

Beneficium, i. *locut.* Beneficium impetrare *Cic. agr.* 2. facere, *Cic.* offerre *Cæsar. b. g. b.* beneficiis ornare *Cic. p. r. in ex.*

Benevolentia, æ. *locut.* benevolentia muniri, alligari, *Cic. Att. & Fam.* benevolentiam navare *Cic.*

Bestia, æ. ne bestiæ quidem ferre possent *prouerb.* de re evitanda, *Cic. Ver.* Bestiam vocabant, quem fugere debebant, *Catullus in ep.* Hunc metuunt omnes, nam mala est bestia; *Cic.* ut perniciosam bestiam fugiebant.

Biclinium; non erat locus, ubi duo lecti, sed erat duo lecti in loco domus cænatorio, ita intelligas Plautum *In biclinio cubitum eatis*. usurpari tamen potest pro loco, quemadmodum *triclinium*.

Blandula. *cogn.* cujud. Sedaciæ *inscr. Mur. t.* 1. *p.* 51.

Blatteus. purpureus a Βλάττιον, quod est os anterius narium purpuræ.

Bona, rum. *locut.* bonis multare *T. L.* Bonis exturbare *Cic. Ver.* 4. evertere *Ver.* 5.

Bono. *adverb.* pro bene *Catullus ad Virron. in ep. & Cic.*

Bovinator, ris. est conviciator, non fallax *a* bovinor mugio *transl.* pro convitiari, ita explicandus Lucilius apud Non.

Bubularius, a, m. *adject.* ut vicus bubularius, lap. Grut. 1130. idem ac bubulus.

Bubulus *cogn.* C. Junii Bubuli. *T. L.*

Bucca, æ. *locut.* quicquid in buccam *absolute* subaudi *venit*,

nit, *Cic. Att.* 11. Garrimus quidquid in buccam.

Burrus. magister Neronis *ex Dion.*

Bursa. *nom.* T. Plancii *Cic. Fam.* 7. 2.

Bursavolensis & Bursaonensis } pop. in hisp. *Hirt. b. hisp.*

C

C olim pro g. ut secetem *pro* segetem in leg. XXII. tab. & *pro* d. ut quicquid *pro* quidquid, acpetenti *pro* adpetenti. C. puncto postposito prænomen demonstrat, ut *C. Jul. Cæsar* Cajus Julius Cæsar.

Caco, as. cum accus. *Phæd. l.* 4. *f.* 17. odorem cum merdis cacant.

Cædes, is. *locut.* cædem reprimere *T. L.* edere *Cic.* cædem facere, instaurare *Cic.*

Cæninus, a, m. adject. 1. *L.* 1. nomen cæninum.

Cæpio, nis. *cogn.* Q. Servilii.

Cæsareum, i. templum Cæsaris, vel Cæsari dicatum, *inscript. Mur. p.* 134.

Cæsaries, ei. *locut.* pectere cæsariem *Horat.* 9. 1.

Calamitas, tis. *locut.* In calamitate tabescere *Cic. Att.* in calamitatem incidere, calamitatem alicui detrahere *Cic. p. red.* calamitatem importare *Cic. Ver.* 5. calamitatibus frangi *Cæs.* 6. 9. 1.

Calamus, i. calamo veteres figebant aves, non capiebant visco, *Prop. l.* 2. *el.* 14. figere avem calamo.

Calcariarius. *lapis Capuæ* negot. calcariarius.

Callendarii. callendarium pro callendariorum *lapis*.

Calliphon. Philos. quidam apud Cic.

Calor, oris. pro ardore amoris *Prop.* 2. 12. nostros transferre calores.

Calvus. *cogn.* P. Licinii calvi.

Camarinus, a, m. *Val. M.* 6. 5. 1. camarinos sub hasta vendidisset. h. e. *ex Urb. Camarino Umbriæ*.

Camerinus, a, m. *T. L.* 6. h. e. *ex Urb. Camerino March. Ancon.*

Camillus Furius imp. Rom. Romam a Gallis liberavit.

Campanianus, a, m; idem ac campanus *lapis in æd. maffejor. Romæ* Ju. Felix Campanianus præf. Urb.

Candidarius. ut pistor candidarius, qui candidum panem vendit, *inscr. Murat. p.* 304 t. 1.

Caninius civis Rom.

Caninianus, a, m. *adject.* ex caninio *Cic. fam.*1. 7. tempore caniniano.

Cannabifer, eri. inscript. Murat. p. 70. t. 1.

Capesso. *Tacit.* capessisset *pro* capessivisset.

Capio, is. cepit *pro* ceperit *in colu. lap. Duill.*

Caput, is *locut.* capita conferre *parlar in secreto T. L.* capite puniri *T. L.* caput attollere *insuperbirsi T. L.* extollere caput *Cic.* capiti *pro* capite *Catullus.*

Caprarius, a, m. *adject.* ex capreis, hinc C. Cæcilius Metellus caprarius *lapis.*

Carales. pop. ex Urb. carali Sardiniæ *Hirt. 6. Afr.*

Careo, ei. carens est *pro* caret *Catullus in Carm. de Att.*

Cariosus. cariosi dentes *Phædr.* 4 10.

Caritas, tis. etiam erga patriam *T. L.* 2. 1. caritas Reip. vinceret.

Carinas, tis. qui Carinis habitat, hinc *apud Tacitum* Secundus carinas.

Carna, æ. dea, cujus templum in cælio.

Carmentanus, a, m. *adject.* ex carmenta *T. L.* arx carmentana. *nisi legas* carventana.

Carnifex, cis. ita dictus quasi fex carnis humanæ, non autem erat in apparitorum numero, vide criticem nostram *in Grævium t.* 1.

Carneadius. carneadia vis *Cic. ex MSS. opt.*

Carpo, is. a græco καρπὸς *fructus*, hinc decerpere fructus:

Cartejensis. ex carteja ad ocean. in Hisp. *T. L. & Hirt. b. hisp.* legati Cartejenses.

Castellum, i. transl. usurpatur *T. L. d.* 1. castellum scelerum.

Castor, ris. ædes castoris vota latino bello *T. L.* peregrinantibus præerant *lap. Murat.* p. 77. Genio Sancto castorum peregrinorum. hinc catullus dedicat phaselum castori, & Polluci.

Castra, rum. transl. usurpatur de foro *Cic. de or.* 1. Educenda dictio ad castra, atq. aciem forensem. *locut.* castra permunire, locare, communire, oppugnare *T. L.* castris se tenere, castris exuere, in castra reduci, se in castra recipere *T. L.*

Castulonensis. ut munic. castulonense *lap. Grut.* 325.

Cato, nis. pro homine moroso *Phædr.* 4. 6. Lector cato.

Ca-

Catullinus, a, m. dimin. ex Catullo *inscript. Mur. t.* 1.

Caveo, es. caveatur ab insidia *T. L.* 3. ab insidiis caveretur *idem* 39. 14.

Caulis. pro virili membro *Lucilius Sat.* 8. telo præcidit caulem, testesque &c.

Causa, æ. *locut.* causam suscipere, ad causam accedere *Cic.* causam tractare, diudicare *Cic.* actitare, declamitare *Cic.* causam ad aliquem rejicere *T. L.* per causam *h. e.* causa *Cæs. b. c.* 3. per causam populandi.

Celer. *cogn.* Metelli *V. Max.* 6.

Censor, ris. censores leges ferebant, & comitia habebant; vide criticen nostram in Grævium, ubi alia multa recensentur officia censorum, quæ omiserunt Manutius, Hottomanus, & eruditiores.

Cento. cogn. C. Claudi & Ap. claudi *T. L.*

Cephaleditanus, a, m. *adject.* cephaleditana civitas *Cic. Verr.* 5.

Cerretanus, a, m. *adject.* ex cerretania Hisp. hinc Q. Æmil. cerretanus Tr. Mil. *T. L.*

Certamen, nis. *locut.* certamina serere, dirimere, committere *Livianæ sunt*. ad certamen aliquem elicere. *T. L.*

Ceryx. non est præco, sed summus ordo alicujus civitatis, quod ex Seneca colligo, *non Consul, aut Prytanes, aut Ceryx, aut Sufes administrare Remp.* consul summus magistratus Romanorum, Prytanes Atheniensium, Sufes carthaginiensium, ita ceryx.

Characterarius, i. qui characteres in lap. incidebat, *lap. Spon.* 220. Artis characte.

Chimeræus, a, m. *Virgilius culice* Alma chimeræo Xanthus persusa liquore.

Cinctus. *alte cinctus* non est industrius, & gnavus, sed revera & apud Horat. & Phædr. loquuntur enim proprie.

Cintius. Annalium scriptor *T. L.*

Circumfusus, a, m. pro arcto *T. L. l.* 2. circumfusa multitudo in concionis modum.

Cio, is. significat etiam dividere, & separare, *Festus* Herctum ciendum h. e. hereditas dividenda; *Donatus apud Serv. Æn.* 8. herctum non citum h. e. non divisum.

Circumsido. etiam passive usurpatur *Cic. de In.* 2. cum imperator ab hostibus circumsideretur.

Cistophorus, i. qui cistum fert. *Inscr.*

Inſcr. Mur. p. 178. *r.* 1. Ciſtophoro Bellonæ. Adeſt imago cum ciſta.

Clamito, as. clamitaris pro clamitaveris *Mart. l.* 1. 18. clamitare calliditatem *Cic. p. Sex. Roſcio.*

Clavis. nunquam *pro* vecti uſurparunt hanc vocem veteres latini. nam illud Plauti *clavem obduxi* idem eſt ac circumduxi, vel eduxi. *Obducere* enim habet hanc vim. quid quod critici alii legunt *abduxi*? præterea nonne clavis novæ nuptæ dabatur? vide ſis, an Plautus huc reſpiciat.

Clarius, a, m. *adject. Cic. Brut.* Antimachum clarium poetam; ita MSS. omnes opt.

Claſſis, is. claſſi *pro* claſſe *T. L.* 4. *d.* 1. claſſi ad Fidenas pugnatum; *Catullus com. Beren.*

Claſtra, æ. Dea cancellorum, cujus templum in Quirinali.

Claudius ſcriptor annalium Rom. *T. L. l.* 6.

Clavus, i. clavum figebant Romani ad ſedanda mala *T. L. l.* 7. In tunicis autem Romanorum clavi non erant plagulæ, ſed noduli ex purpura in plagulam immiſſi. vide criticen noſtram in Grævium, ubi alia multa contra Ferrarium, & Rubenium diſputantur.

Cloacina, æ. Dea Venus, cujus templum ad tabernas, quibus novis nomen erat *T. L. l.* 3.

Cluentianus, a, m. *adject.* ex Cluentio, *Cic. p. Cl.* cluentiana pecunia.

Coactor, oris. *pro* eo, qui facit coactilia. *lap. Grut.* 648. Lanarii coactores.

Coeliolus; *dimin.* a Cælio apud Varr. & alios.

Coena, æ. cœnæ Pontificem *proverb.* de his, qui opipare cęnant *Hor. l.* 2.

Coetus, us, cętu *pro* cætui *Catullus.*

Cogito, as. cogitarat pro cogitaverat; & cogitarint, cogitaſſet *Cic.*

Codicillus, i. a codicillis, *tab. lap. apud Mur.* 34. *t.* 1.

Cognoſco, is. cognoris *pro* cognoveris *Ter. An.* 4. 1. cognoſſet *pro* cognoviſſet *Val. Max.* cognorimus *Cic. Br.* cognorunt *Cic. p. Cl.* cognorit *Cic.* cognoſti *pro* cognoviſti *Cic. p. Roſc.* cognoſtis *Ter. Hec. prol.* & *Cic. p. Cn. Pl.* cognoſſem *Catull.*

Cohoneſto, as. cohoneſtaſtis *Cic. a.* 1. 1. *ex.*

Collatius, a, m. *adject.* idem ac

ac collatinus, ut collatia via *apud Front. de aquæd.*

Collaudo, as. proprie usurpatur, cum multi laudant, vel plures laudantur; passim exempla *Cic. & Liv.*

Collegium, i. pro loco collegii, *inscr. Mur. p.* 182. *t.* 1. colleg. Silvani restituerunt.

Colligo, as. *pro* simpl. ligare *Ter. Eun.* 5. 5. colligavit eum miseris modis.

Colloco, as. *absol.* pro in lecto collocare, *Catullus* collocate puellulam. collocaratis *pro* collocaveratis, & collocaras, & collocasti *Cic.* collocarant, & collocarint *Cæs. 6. g.* collocarunt *Phædr.* collocasse *V. Max.*

Colonia, æ. novam coloniarum eruditionem vide criticem nostram ad Grævium.

Columna, æ. *pro* scopulo, hinc columnæ Protei *apud Virgilium Æn.* 2. ita dictæ fortasse & Herculis columnæ.

Columnarius. *pro* obærato, qui stabat ad columnam Mæniam *Cælius Cic. ep. 9.*

Comans. Ver comans *Aut. in ann. temp.*

Committo, is. commisti *pro* commisisti *Ter. Eun.* 5. 1.

Commodo, as. commodarunt *pro* commodaverunt *Cic.* commodasse *Phædr.* 1. 17.

Commodianus, a, m. *adject.* ex Commodo. *Spart. in Pesc. Ni.* in commodianis hortis.

Commodum, i. *locut.* commodis obsistere *Cic. agr.* 3. commodis servire *Ter. Heau. prol.*

Commoveo, es. commorit *pro* commoverit *Horat. Sat.* 1. 2. commosset *Cic. Ver.* 5.

Communico, as. communicare cum aliquo h. e. consulere aliquem *Cic. or.*

Communis. idem ac communitas *il commune Cic. Ver.* 4. Ab aratoribus, a communi Siciliæ.

Comparo, as; comparasse, & comparasset *Cic. & Cæs.*

Compilo, as. compilarit *pro* compilaverit *Cic. p. Mur.*

Compitum, i. locus plurium viarum etiam in hortis, *Virgil. ros.* Errabam riguis per quadra, & compita in hortis.

Compleo, es. complesset *pro* complevisset *T. L.* complerit *pro* compleverit *Cæs.*

Comploratio, nis. proprie est lamentatio multorum *T. L.* mulierum comploratio.

Conatus, us. *locut.* conatibus obviam ire, conatu depelli *Cic.* conatus reprimere *T. L.*

T. L. reprimere, & refutare *Cic.*

Concaco, as. concacarunt *pro* concacaverunt *Phædr.*

Concio. conciffe *pro* concivisse *T. L.*

Concludo, is. concluſſem *pro* concluſiſſem *Ter Eun.* 33.

Concordia, æ. *locut.* concordiam conſtituere *Cic. Att.* 7. in concordiam reducere, & in concordiam redigi *T. L.*

Concorditer. *comparat.* concordius *T. L. l.* 4. *d.* 1. bellum utinam concordius gerant.

Cuncurro, ris. *imperſo.* concurſum in muros eſt *T. L. d.* 1. ad ſpectandum concurreretur *Val. Max.*

Condemno, as: condemnarat *pro* condemnaverat *Cic. p. Cl.*

Conditio, nis. *locut.* ad conditionem venire, conditionibus onerare, ad conditionem accedere, deſcendere *Cic.* conditionem reſpuere, accipere, adire *Caeſ.* conditiones imponere *T. L.* 6. niſi quis meliorem conditionem afferat *formula in auct. & vend. ex Paul. Icto.*

Condo, is. condere ſe *pro* ſe abſcondere *Phædr.* 2. 4.

Condono, as. condonarat *pro* condonaverat *Cic. Ver.* 3.

Conjicio, is. *pro* agere, ut conjicere cauſam *Nonius.*

Conlibertus, i. qui cum aliis libertis vivit, *inſcr. Murat. p.* 190. *t.* 1.

Conniveo. oculi conniventes *Cic. ar. reſp.*

Conſcientia, æ. *locut.* conſcientia ſuſtentari *Cic. Att.* 10. conſcientia ici *T. L.* morderi *Cic. Tuſc.* 4.

Conſidero, as. te conſidera *proverb.* in eos, qui ultra vires agunt *Phædr.* 3. 8. præcepto monitus ſæpe, te conſidera *Cic. Ver.* 1. qui ſis conſidera.

Conſilium, i. conſilio *pro* data opera *Phædr.* 5. 3. qui conſilio eſt nocens. *locut.* conſilium mutare, capere, inire, frangere *Cic.* agitare, ſtruere *T. L.*

Conſortio. *T. L. Val. Max.* 4. 6. 3.

Conſtantinianus, a, m. *adject. lapis* Thermas conſtantinianas.

Conſto, as. inter omnes conſtat *Cic. p. R. Am.*

Conſueſco, is. conſuerat, conſuerint *Caeſ. b. g.* conſueſſet, & conſueſſe *T. L.*

Conſuetudo, nis. *locut.* in conſuetudinem venire *Cic. Ver.* 4. conſuetudine aliquem devincire

cire *Nepos Att.* a consuetudine discedere *Hirt.* In consuetudinem se adducere *Caes. b.g.*

Consumo, is. consumpsti pro consumpsisti *Prop.* 1. 3.

Conterritus. utitur hac voce *T. L.* 34. 30. & 38. 14.

Conticesco. etiam transl. usurpatur *T. L. d.* 2. conticescet furor. *Cic. p. Mur.* artes conticescunt.

Contigit, ebat. dicitur proprie de his rebus, quae fiunt causa alicujus, *Cic. Her.* res ista contigit naufragio. vide *obtigit*.

Contractio. etiam transl. usurpatur *Cic. Tusc.* 1. contractio animi.

Controversia, ae. *locut.* in controversiam adducere *Cic. de or.* controversias minuere *T. L.* 38. 22. finire, componere *Caes.*

Contumelia, ae. dicitur de lotio, & rebus spurcis, *Phaedr.* 1. 2. cum inquinassent omni contumelia. *locut.* contumeliam arcere *T. L.* experiri *Phaedr.* jacere *Cic.* in contumeliam accipere *Phaedr.* 3. 8. contumeliis aliquem eripere *Phaedr.* 4. ad contumeliam omnia accipere *Ter. And.* 4. 3. distringere aliquem contumelia *Phaedr.* 1. 27.

Contumeliosus, a, m. habet etiam comparat. *Cic. Att.* 15. nulla fieri potest contumeliosior.

Cornigera. *absol.* pro cerva *inscr. Mur. p.* 54. *t.* 1.

Cornix, cis. cornici oculum *absolute* proverb. in callidos homines *Cic. p. Fl.* cornici oculum, ut dicitur.

Cornelianus, a, m. *Adject.* inscr. Mur. p. 44.

Cornu. cornu siccior *proverb.* in homines macros *Catullus* corpora sicciora cornu.

Corpus, oris. *locut.* curare corpus h. e. quiescere *T. L.* 34. 13. laxari corpore h. e. emori *Cic. Som. Sci.* abstrahere se a corpore, & ex corporum vinculis evolare *Cic.*

Corsus, a, m. *adject.* idem ac corsicus *Ovid. Fast.* 6. corsis obruta classis aquis.

Cortex, cis. de testudine dicitur *Phaedr.* 37.

Corvus. *cognom.* M. Valerii, & L. Aquilii *T. L.*

Cremutius. script. bell. civ. cujus extant fragm.

Crepitus, us. *ventris crepitus* bonum omen *ex Homero*, & *Martiale*.

Crescens, tis. *cogn.* lap. Murat.

Crescentinus. *dim.* a crescens. lap. Mur. p. 70. t. 1.

Crimen, nis. *locut.* crimini dare, crimen offerre, deferre, diluere, conferre in aliquem, purgare *T. L.* confingere *Cic.* crimine se eximere *T. L.*

Crinis. crinibus feminarum Romani verrebant templa deum ad petendam pacem eorum *T. L. l.* 3. crinis autem a *κρίνω* judico.

Crispianus, a, m, adject. ex Crispo *Cic. p. Pl.* crispianum juditium.

Crispinus, *cogn.* T. Quintii Crispini *T. L.*

Crœsus, i. Crœsi divitiæ *proverb.* in homines ditissimos *Catullus epigr. pen.*

Crux, cis. crucifixis linguam exsecabant *ex Cic. & Catullo.* Crux autem componebatur ligno uno. vide criticen nostram in Græevium.

Cularonensis. ex Cularo munic. ut muri cularonenses, *inscript.* Murat. p. 79. 80. t. 1.

Culleo. *cogn.* Q. Terentii Culleonis Præt. *T. L.* 39.

Culpa, æ. *locut.* proximum esse culpæ *Phædr.* culpæ affinem *V. Max.* 8. 4. culpam in aliquem transferre *Cic. Att.* ab se amovere, in aliquem inclinare, conjicere vertere in aliquem, avertere *Liviana sunt.*

Cultor, ris. collegium cultorum *inscr. Mur. p.* 181. h. e. piorum hominum, qui colebant numina.

Cultrix, cis. absolute pro montium cultrix, *Catullus* Unigenam simul cultricem; *Virgilius* mater cultrix Cybele.

Cultus. *locut.* ad pristinum cultum revocare *lapis.*

Cum. additur in indignatione, & contemptu *T. L.* Abi hinc cum rogationibus tuis; *Ter. Eun.* cum tuo isto dono. *Catullus* ista cum lingua.

Cunarius, a, m. qui præest cunis infantium *lapis Grut.* 311. Tejæ Cunariæ Rufinæ V. V.

Cunctus, a, m. usitatum etiam in singulari, quoties de pluribus sermo est, *Cic. fam.* 4. 4. cunctus Senatus; *& p. red.* cuncta Italia.

Cuneus. pro his, qui in cuneis sedent. *Phædr.* 5. 7. ut cuneis notuit res.

Cupedo, nis. *lapis* forum cupedinis.

Cupiditas, tis. *locut.* cupiditati servire, cupiditates continere, frangere, *Cic.* cupiditati obviam ire *T. L.* cupiditate flagrare *Cic.* cupiditatem injicere *Phædr.* 1. 27.

Cura, æ. *locut.* liberare cura, levare, curam suscipere, in curam

curam incumbere, curam figere in aliqua re *Ciceronianæ*; curam ponere, eluere, remittere, in curam se convertere, cura aliquem exonerare, curas vertere aliquo, curam in aliquid intendere, acuere, imponere, *Livianæ*. curam pellere, abigere, expedire *Horatianæ*; curam eradere, impendere *Phædr.* curis solvi *Ter. Hec.*

Curculio. pro membro virili *Persius Sat.* 4. quare detonsus curculio extat?

Curo, as. alia cura *formul.* curare se *est* curare cutem *Aul. Gell.* 4. 20. curarit, & curasset *Cic.*

Curriculum, i. netrum etiam est dimin. a curru *Cic. de ar. re.* Tui sacerdotii sunt tensæ, curricula, libationes. de curriculo alicujus rei deflectere *Cic. p. Mur.*

Currus, us. curru pro currui *Virgilius* curru succedere sueti.

Cursor, ris. *cogn.* L. Papirii Cursorii *T. L.*

Cursus, us. *locut.* cursum tenere *Cic.* cursum reprimere *Cæs.*

Curulis. sella etiam sacerdotum *T. L.* Flaminem curuli sella adornavit.

Curvo, as; *transl.* ad misericordiam movere, *Horat. carm.* 3. nec pallor amantium te curvat.

Curvus, a, m. *transl.* pro malo, *Horat. ep.* 2. curvo dignoscere rectum.

Custodia, æ, *locut.* custodia asservari *Cic. Att.* 10. in custodiam mittere, ducere, tradere, dare *T. L.*

Cyaneus, a, m. *Ant. in Mac. ob.* Cyaneosque metus.

Cybele. ædes Cybeles in Palatio *T. L.* *Cybelem iratam sentire* locutio erat in lap. veter. pro mori. Nam ait Homerus, Cybelem vitam hominibus dare, & auferre.

Cymbalistria. non erat tympanistria. nam aliud cymbalum, aliud tympanum, illud ex ære, hoc ex corio.

Cymbalum, i. cymbalum pro cymbalorum *Catullus in Att.* cymbalum sonat vox.

D

D *pro* L. veteres utebantur, ut dingua *pro* lingua in leg. XII. tab. & dacrimæ *apud Festum.* Olim etiam d. pro r. ut Jovei Fedetrio *pro* Feretrio *in tab. lap.* ita *in leg.* XII. *tab.* medidiem,

pro meridiem. D. etiam *pro* p. ut denates *pro* penates *ex Dion. Alic. lib.* 1.

Damno, as. *pro* accusare *Cic. p. Cl. & Top.* damnarunt damnasset *T. L. V. Max.*

Dea. colonia Augusta *ex lap. Arel.*

Decemvivi. *genet.* decemvirum *Cic. Agr.* 2.

Decerno, is. decrerim pro decreverim *Ter. Hec.* 9. 1. 2. & decrerunt, decressent *pro* decrevissent, & decresset *T. Livius*.

Decurro, is. *pro* opem imploro *Cic. p. Cæc. & Justin.* decurrunt ad regem; hinc succurro *pro* opem fero.

Dedicatus, a, m. *superl.* dedicatissimus *lapis in Arco Gallieni Romæ* dedicatissimus numini.

Dedico, as. dedicarit, dedicasti, dedicasse *Cic. Val. M.*

Deditio, nis. *locut.* in deditionem venire, flecti, vocare, accipere, cogere *T. L.* inclinare, redigere, recipere *Cæs.* deditionem facere Hirt. 6. hisp.

Deficio. defexit *pro* defecerit, *T. L.* si quis defexit.

Defleo, es. defleras *pro* defleveras *Cic. p. Pl.* defleram *aut. in mæc. ob.*

Dego, is. a græco διάγω *Isocr.* Βίον διάγωμεν.

Delectus, us. *locut.* delectum habere, edicere, decernere, impedire *Livianæ*.

Deleo, es. Delesset *pro* delevisset *Val. M.* 3. 7.

Delia. Diana, & amica Tibulli.

Delphicus. Delphicum oraculum *T. L.* 5. 9.

Demitto, is. *pro* promitto, *Phædr.* 1. 29. Asinus demisso pene.

Dendrophorus. dendrophorum pro dendrophororum *lapis*.

Dens, tis. *locut.* dentem eximere, & reficere *Mart.* x. 48.

Densitas, tis. utitur hac voce *T. L.* 4. 22. præ densitate arborum.

Denuntio, as. denuntiarat *pro* denunciaverat *Cic. p. Cl.*

Depaciscor, ris. depactus est cum eis *Cic. de In.* 2.

Deplango. etiam active, *Max. Gall.* deplangunt pœnas nocte dieque suas.

Descendo, is. verbum in obscenis *Catullus* multus homo est, qui descendit; *vide criticen nostram in Catullum*; *Juvenalis* descendunt clune puellæ. Impersonaliter etiam usurpatur *T. L.* 8. 7. descensum in aciem est.

De-

Descisco. descissent, & descisse *T. L.*

Desiderium, i. *locut.* desiderium relinquere *Cic. Brut.* desiderio incendi *Cic.* desiderium renovare *Cic. p. red.* minuere *T. L.* in desiderium venire *idem*.

Desilio, is. *pro* simplici descendo, *Propert.* 2. 13. fulmina desiluisse.

Despicus. non significat *contemptus*, sed intentus a *despiciendo*, *Nævius apud Non.* 2. sibi prospica, & despica; h. e. sibi sursum, ac deorsum cernens, *vel* usquequaq. sibi intenta.

Destinatus, a, m. nunquam *pro* obstinatus usurparunt veteres. nam lectio sane in Catullo *destinatus obdura* est spuria. nam MSS. omnes habent *obstinatus obdura*, vide criticen nostram in Catullum.

Devoveo. quasi deo voveo.

Deus, i. dii magni *exclam.* admirantis, *Catullus* dii magni salaputium disertum; & optantis, *idem* dii magni facite, ut vere promittere possit; & irascentis, *idem*, dii magni, horribilem libellum.

Dextera, æ. *locut.* dextra dextram tenere *Hirt.* 6. *Al.*

Dicax, cis. qui sales jacit, & fere semper in bonam partem usurpatur, *Catullus* venustus, dicax, & urbanus; *ita Cic. & alii.* non enim dicax maledicus est. Fortasse enim neque Petronius, neque quisquam alius in malam partem.

Dieta. *lapis* a dieta Apollinis.

Dico, is. dixti *pro* dixisti *Mart.* 5. 15.

Dictito, as. dictitarat *pro* dictitaverat *Cic.*

Dies, ei. eleganter repetitur in oratione, *Cic. p. d. s.* pro dicta die, qua die; & *Tusc.* 5. Quintus dies, quo die &c. ita alibi sæpe. Dies autem *pro* diei *Ennius apud Gell.* 9. 14. & *Cic. pro Sext. apud Cesel. gramm. locut.* aliquid in dies absumere, eximere, consumere *T. L.* constituere, intermittere *Cæs.* diem ex die ducere *idem* diem de die *T. L.* multo die h. e. bona parte diei *Cæs.* paucis diebus *Catullus*.

Difficultas, tis. *locut.* in difficultatem incurrere, difficultates exsorbere *Cic. p. Mur.* perpeti *Cæs.*

Digitus, i. *locut.* summis digitis attingere *Cic.* & digito summo *Justinian. Inst.* 4. *de pub. Jud.*

Di-

Dignitas, tis: *locut.* In pristinam dignitatem restitui, dignitatem recuperare, sustinere *Cic.* amittere *Phædr.* 1. 21.

Dimitto, is. *pro* ignosco *Cic. Att.* 10. rationem Cæsaris in dimittendis adversariis.

Dimoveo, es. dimovere se *dar luogo*, *T. L.* 3. multitudo ipsa se dimovit.

Dinumero, as. *absol. Cic. Att.* 16. Centuriat, dinumerat, jamjamq. video bellum.

Discedo, is. impersonal. *Cic. p. Quint.* disceditur.

Discordia, æ. *locut.* discordiam accendere, sedare, serere, placare, mitigare, *Cic. T. L.*

Discrimen, nis. *locut.* in discrimen incidere, adduci *Cic.* devenire in discrimen *Cic. de or.* 1. in discrimine esse *T. L.*

Discus. nomen liberti *apud Terent.*

Distensus, a, m. *sup.* a distendo, *Hirt. b. alex.* distensis suis navibus.

Disturbo, as. disturbaras *pro* disturbaveras *Cic. p. Sul.*

Divisio, nis. verbum in obscenis, *Cic.* non honestum verbum divisio. *h. e.* pædicatio, vel futuitio.

Divus, a, m. divam *pro* amicum *Catullus ad Manlium.*

Documentum, i. in malam etiam partem usurpatum *Cic. p. d. s.* homo omnium scelerum documentum.

Dolabrius. faber, qui ligna dolat, *inscr. Grut.* 353. Cent. Centon. Dolabrior. Scalarior.

Doleo, es. cum accus. *Catullus* nunc ipsum id doleo; *Cæs.* unum doleo &c.

Dolopis. idem ac dolopejus, *T. L.* 42. 58. Timanora Dolopen his præfecit.

Dolor, ris *locut.* dolorem augere, accipere, capere, inurere, depellere, ponere, sustinere, levare *Ciceronianæ sunt*; dolorem delenire, vindicare *Phædr.* 3. 10. dolore disrumpi, divelli, frangi, ardere *Cic.* dolore laterum confodi *inscrip. Mur.* 39. *t.* 1.

Domina, æ. pro sponsa, *vide Catullum infra.*

Domitiolus. *dimin.* a domitio lap. Mur. t. 1.

Domus, us. domus cornea *pro* testudine *Phædr.*. 37. ad domum *pro* domnm *Catullus* ad domum dominam voca; nempe Juliam sponsam.

Dono, as. donaras *pro* donaveras *Cic.* donarunt *Ovid.* donasset *Horat.*

Dorso, *cogn.* C. Fabii *Val. Max.* 1.

Do-

Dorylenſis. ex Doryleo opp. *Cic. p. Flacco.*

Dubitatio, nis. *locut.* dubitationem tollere, in dubitationem adducere, dubitatione æſtuare *Cic.*

Ducenti . *pro* numero ingenti *Catullus* ducentos inrumare ſeſſores.

Ducenties. pro eodem *Catullus* ducenties comeſſet.

Duco, is. duxti *pro* duxiſti *Catullus*, & *Prop.* 4. 3. ducere autem *abſol. pro* in vincula ducere *Cic. Verr.* & *p. Fl.*

Dulcis. *pro* homine incauto, & bono, *Catullus* o dulci jucunda viro.

Dum. *pro* adhuc *T. L.* 3. adhortuſq. nec omnes dum edoctos; *alibi*. nullo dum certo duce.

Duro, as. *locut.* ſub pellibus durare, hyemen durare *T. L.*

Durus, a, m. *pro* inexorabili, & obſtinato *Horat.* ſæpe vocanti te duram &c. *Tibull.* ſedeo duras janitor ante fores. & *pro* difficili *Cic. p. Mur.* mihi durior locus eſt dicendi datus. Durus quoque fuit *cogn.* Q. Laberii, *de quo Cæſ. b. g.* 5.

Duumviri. duumviri perdulionis a Romulo creati fuerunt, non a Tullo Hoſtilio. *vide criticen noſtram in Grævium.*

E

E *pro* O. utebantur veteres, ut benus *pro* bonus. *e.* in compoſ. auget fere ſemper.

Eblandior, ris. non importat blanditiis extorquere, ſed ſimpl. adulari, *Cic.* blandire, effice &c.

Edentulus. *cogn.* Sulpitii *inſcr. Mur.* 21. 1.

Edormio, is. proprie eſt dormire deſino, *Cic. Ænei.* 17. ſignificat etiam ſimpliciter dormire, *Plaut.* edormiſcat ſomnum. ſignificat & dormire multum, ut edormire crapulam.

Educo, is. *abſol.* pro in aciem educo *T. L. l.* 4. *d.* 1.

Effeminatus, a, m. habet *comp.* effeminatior, *V. Max.* 9. 1. 7. effeminatior multitudo Cyprior.

Effrœnatus. eſt etiam qui ſine frœno eſt *T. L.* 40. effrœnatos equos immittitis.

Effundo, is. *abſol. pro* pecuniam effundo, *Tere. Adel.* 5. 9. effundite, emite, facite, quod vobis lubet.

Ego. *accus. me* aliquando repetitur

titur, *Catullus*. & *Ter. Heau.* 1. 1. meme ipsum.

Eheu. etiam exprobrantis est, *Tibull.* 3. 2. Ferreus est eheu quisquis in urbe manet.

Ejicio, is. ejicere se *fuggire* *T. L.* de porta se ejecit.

Elæensis. *T. L.* 37. 19. vastatis Elæensium agris.

Elanguesco, is. *transl.* etiam *T. L.* 5. elanguit res.

Electus, a, m. *adject.* etiam in malam partem usurpatum, *Catullus* electissima pessimi poetæ scripta.

Eligo, is. *præt.* elexit reperitur in inscr. eleganti *apud Mur. p.* 125. *t.* 1.

Elocatus, a, m. vide *eloco*.

Eloco, as. *absol.* pro in lecto collocare, *Ter. Eun.* 3. 5. Vix elocata est, simul omnes proruunt se.

Elorinus, a, m. *adject.* ex eloro Siciliæ, *Cic. Ver.* 5. elorinis nihil relictum.

Emugio, is. cum acc. *Aut. Aetn.* emugit buccina voces.

Endo. *præp.* in, quæ etiam verbis annectitur, *lex.* XXII. *tab.* endoponito.

Enim vero. *adverb.* non semper est animi irati, *Phædr.* 36. Ille enim vero adsilit donationis alapæ gaudio.

Enixus. enixo animo *T. L.* 42. 3.

Entellinus, a, m. *adject.* cognoscite Entellinorum injurias *Cic. Ver.* 5. ex Urb. Entella Siciliæ.

Eo, is. *imperf.* ibitur *Cic. At.* 10. isse, isses, isset, *Teren.* & *Catullus*.

Epaphroditus. quidam fuit a libellis Neronis *Suet.*

Epaphroditianus, a, m. *adject. Front. de aquæd.* epaphroditiani horti.

Epitaphium, i. non est proprie inscriptio, sed lapis, qui super imponebatur, Cicero enim non habet eam vim, quam credunt lexicographi; *vide* epitaphiolum.

Epitaphiolum, i. *dimin.* ab epitaphio, *inscr. Mur.* 162. *t.* 1. sepulcrum sive epitaphiolum &c.

Equestris. fuit hoc nomine colonia Julia Equestris *inscr. Spon.* 167.

Equus, i. *locut.* equis albis præcurrere, dictum de his, qui alios cursu superant; translate etiam usurpatur in eos, qui cæteros antestant quavis in re.

Eretriensis. ex Eretria Urb. Eubeæ *T. L.* 35. 18. qui orarent Eretrienses.

Erigo, is. erigere se *pro* recreari *Cic. p. Pl.* & *Ver.* 3.

Error, ris. *locut.* eripere errorem alicui, in errore versari, ab errore eripere, errorem compensare, in errorem deferri, errore cæcari *Ciceronianæ sunt*, errores finire, errore animos imbuere *Livianæ*; errorem solvere *Phædr.* 4.

Eructo, as. *transl.* pro inhumaniter loqui *Cic. Cat.* 2. eructant cædem bonorum, & urbis incendia.

Erycis. idem, ac Erycinus, *Ovid. in ob. Tib.* erycis, quæ possidet arces.

Eryci. pop. Siciliæ *Catullus* erycosque apertos *ita opt. MSS.*

Essedum. vox gallica corrupta ex græco ἐφεδρος, qui sella sedet.

Etiam. a græco ἔτι *quoque.*

Etiamsi. aliquando per tmesin, *Cic. de or.* ut etiam subito si dicat, tamen.

Evidens. adde superl. *T. L.* 8. 9.

Evenio, is. *pro* esse, *Ter. Hec.* 1. 1. meretricibus fideles evenire amatores.

Exanimo, as. *locut.* exanimare se *b. e.* mori. *Cæs. b. g.* 6.

Excanto, as. excantassit *pro* excantaverit, *in lege* XXII. *tab.*

Excavo, as. verbum in obscenis, *Aut. priap.* curvos excavetur ad lumbos.

Excedo, is. excessis *pro* excesseris *Ter. Andr.* 4. 5.

Excito, as. excitarunt *pro* excitaverunt *Cic.*

Excubitor. excubitor ales *absol. pro* gallo *Virgil. Moret.*

Exeo, is. *impers.* exitur in novam viam *Varro.*

Exerceo, es. verbum in obscenis. *Catullus in epigr.*

Exercitus, us. *locut.* exercitum fundere, scribere, educere, jubere, conscribere *Livianæ.*

Exilium, ii. *locut.* exilium alicui consciscere *T. L.* indicere *V. Max.* 5. in ex. projicere *Cic.*

Existimatio, nis *locut.* existimationi consulere, existimationem reconciliare *Cic. Verr.* 1.

Exodium. hoc ludi genus ab Oscis acceptum *T. L.* 7.

Exitus, us. *locut.* prosperos exitus consequi, habere, ad exitus properare, perduci *Cic. Att. & In.* exitus claudere *T. L.*

Experior, ris. *locut.* omnia experiri *formul. Cic. or.* omnes omnia experiri; *& Brut.* experiar, ac tentabo omnia; *Catullus* omnia experiris. *Ter. Andr.* omnia experiri.

Experio is. vox fictitia. Nam

D *expe-*

experibis in Cod. Scaligeri vitiosissimum. Experiebatur enim Aurelius ille Catullianus, non experiri debebat. praeterea Cod. omnes *experiris*, itaque requirit sensus, & ipsa verba; *vide criticen nostram in Catullum*.

Expleo, es. nunquam *pro* consolari usurpatum fuit a latinis. Nam *Ter. Heau.* 101. est *pro* satisfacere, & obtemperare ibi, tot mei solius solliciti sunt causa, ut me unum expleant? ancillæ tot me vestiant. *vestire non est certe consolari*.

Explorator, ris. adde *T. L.* 5. exploratoribus missis.

Exploratus. exploratum aliq. habere *Cic. Br.*

Exprobro, as. exprobrarunt *T. L.* 33. exprobrasset *Suet.*

Expugno, as. expugnasti *pro* expugnavisti *Val. Max.* 5.

Expectatio, nis. *locut.* expectationem de aliq. movere, afferre, concitare, sustinere, expectatione moveri, pendere, *Ciceronianæ sunt*, *Att.* 2. & 3. *Fam.* & *agr.* 2.

Expecto, as. expectaram, & expectaro *pro* expectavero *Cic. Att.* 3.

Expiro, as. *absol. pro* mori, *T. L.* cum expirasset Tarquinius; *Hor. ep.* 5. cum perire jussus expiravero.

Extispicus, i. *inscr. Murat.* 171. *t.* 1. Avispex, extispicus Sacerdos.

Extremum. *locut.* ad extremum perducere *Cic.* ad extrema venire *T. L.* omnia extrema tentare *T. L.* concitare.

Exuviæ, rum. Exuviis hostium veteres ornabant domum, quæ si vendebantur, non licebat refigere emptori, *ex Tibul. & Prop. atq. aliis*; *Plinius* spoliis, quæ nec emptori refigere liceret.

F

FAber, ri. *absol.* pro fabro ferrario, *Phædr.* 4. 7. in officinam Fabri venit vipera, limam momordit. Erant autem fabri navales, fab. cerdones, fab. centonarii, fab. materiarii, fab. tignarii, fab. ocularíarii, fab. ærarii, fab. argentarii, fab. eburarii *Spon.* 222. fab. automatarii, fabri dendrophori *Grut.* 45. fab. balneatores, & alii.

Fabrica, æ. proprie est fabri officina, *Ter. Adel.* 4. 2. 45. est pistrilla, ex advorsum fabrica; *h. e.* officina fabri lignarii ex his, quæ porro narrat Terentius.

Fa-

Fabricatus. *transl.* fabricato ad id apte ferculo *T. L.* 1.

Facies, ei. differt a vultu *Cic. Brut.* ex facie, & vultu. *vide Gellium* 13. 23.

Facilis. *cogn.* C. Postumii Facilis *lap. Coloniolæ*.

Facinus, ris. *locut.* facinus facere *formul.* Teren. facinus facere; *Catullus* facinus facias; Plaut. facere facinus; Ennius ut faceret facinus, *Cic.* vide ne facinus facias.

Facio, is. *locut.* facere cum aliq. contra aliq. *Cic. p. d.* fac *formul.* concedentis *Cic. p. Cæc.* fac in hoc errare; *& de n. deo.* o factum male *formul.* dolentis *Cic. Att.* 15. *& Catull.* o factum bene *lætantis*, *Terentius*.

Factito, as. factitarit *pro* factitaverit *Cic.* factitasset *V. M.* 5. 1.

Factum. bonum factum *form.* in edictis.

Facultas, tis. *locut.* facultates dare, eripere *Cic.* habere, comparare *Cæs. 6. g. 6.*

Fæcutinus, a, m. vox fictitia, quam nemo latinorum usurpavit. Gellius enim l. 13. c. 19. habet *fæcatissimas*.

Falcula. *cogn.* cujusd. fidiculani *Cic. in or.*

Fallacia, æ. per fallaciam *h. e.* fallaciter *Hirt. 6. hisp.*

Fallo. is. a græco φαῦλος; *malus*. nam mali fallunt.

Fama, æ. *locut.* famam subire *Cic. Br.* fama celebrari *Cic. Q. F.* famam deperdere *Hor.* extenuare *T. L.* detrahere de fama alicujus *Cic. Fam.* fama aliquem spoliare *Cic.* famam acquirere *Phædr.* 1. 14. condere *h. e.* parare *idem.* obliterare *T. L.* 39. 20. consequi *Phædr.*

Familiaris. *locut.* re familiari comminui *Cic. Att.* 4.

Familiaritas, tis. *locut.* venire in familiaritatem *Cic.* familiaritate conjungi, in familiaritatem intrare *Cic. Q. Fr.* ad fam. se applicare *Cic. p. Cl.* in fam. se dare *Cic. Ver.* 4. insinuare *Cic.*

Famosus. *adde superl. Sueton. in Vit.* famosissima cœna.

Fascinum, i. *pro* veretro habet *Aut. Priap.* Ruber sedere cum rubente fascino.

Fastigium, i. *transl.* pro fastigio rerum *h. e.* ad summam *T. L.* 6. *d.* 1.

Fatalis. libri fatales, unde fatorum voluntatem eliciebant Romani *T. L.* 5.

Faveo, es. *transl.* ad inanim. *Cic. p. Pl.* montes faverent.

Faustus ; *cogn.* M. Ulpii *lap. Rom. in hor. Vat.*

Faustillus. *dim.* a faustulus *inscr. Mur.* 197. 1.

Faux, cis. *transl. pro* crudelitate, & avaritia, *Cic. Cat.* 2. Urbem quam ex suis faucibus ereptam esse luget; *Cic. de or.* eripite nos ex faucibus eorum, quorum crudelitas &c.

Felix. *cogn.* C. Murdi *lap. ad Col. Anton.*

Fenestralis. porta Romæ ita dicta apud *Plut. prob.* 35.

Fero. verbum in obscenis spectans ad feminas, quæ bajulant mares, *Catullus* nec das, nec fers, sæpe facis facinus.

Ferox. *cogn.* G. Cæcilii *lap. apud Cæsios.*

Ferrarius. ferrarium *pro* ferrariorum *Gruter.*

Ferreus. *pro* crudelis, *Cic. Cat.* 4. *&* *Tibull.* ferreus ille fuit.

Fervidus. *pro* amore ardens, *Horat. car.* 1. fervidus puer. etiam *pro* æstuanti *Horat. idem* æquore fervido.

Festive. adde *superl. Plaut. Cur.* 11. 94.

Fictiliarius, ii. qui fictilia tractat, *lap. Met.* Casato Caratio Fictiliario.

Fides, ei. *locut.* fidem implorare, abrogare, in fidem venire, permittere, fide decedere *Livianæ sunt* ; fidem labefactare pretio, derogare alicui, in fidem recipere, in fide manere, in fidem traddere, ad fidem alicujus confugere, se ad fidem alicujus applicare, *Ciceronianæ.* fidem habere alicui, fidei permittere, in fide aliquem conservare, fidem interponere *Cæs.* in fidem committere *Ter. Hec.* in fidem alicujus confugere *Hirt. 6. hisp.*

Figulus. *præn.* C. figuli ICti. *V. Max.* 9. 3. 2.

Filum, i. *pro* velo, *Tibull.* 5. 1. velatus filo.

Fimbria. *cogn.* C. Flavii.

Finis. *transl.* ingenii sui finibus *Cic. de or.* 1. *locut.* finem facere, imponere, præscribere, ad finem pervenire, *Ter. Andr. &* *T. L.*

Firmanus, a, m. ex Firmo, *Catullus ep. ult.* Firmanus saltus. *ita opt. omn. MSS.* vide criticen nostram ad Catullum.

Fixus. pro trafixus, *Hirt. b. hisp.* pilorum missu fixa multitudo ; *adde Catullum ep. pen.*

Flacceo, es. *Cic. ad Q. F.* Messala flaccet.

Flac-

Flaccianus, a, m. *adject.* flacciana area *V. Max.* 6. 3. 1.

Flaccinator *cogn.* M. Folli Flac. Trib. Mil.

Flagito, as. flagitarat *Cic. p. Cl.*

Flamen, nis. novam eruditionem de flamine, de vestalibus, de diis, de sacrificiis vide criticen nostram ad Grævium.

Flammula. adde *Cic. Acad.* 2.

Flamma. *nom.* cujusd. Flaminii *Cic. Att.*

Flatuarius. a flando *lapis Romæ* flatuarius aur. & arg.

Flemina. non sunt sanguis effluens circa talos, sed inertia, quæ irrepit in genua, eaque flectit, *Plautus ep.* 5. 2. lassitudine invaserunt in genua flemina, hinc *flexumines* dicti equites romani, a flectendis equis.

Flo, as. flare nunquam *pro* signare usurpatum, nec flata pecunia erat signata. flatores enim flabant spiritu, signatores percutiebant pecuniam, hinc illud *au. au. ær. flandi feriundi.*

Fœdus, ris. *locut.* fœdus facere, icere, ferire, renovare, frangere, percutere *T. L. Cic. Hirt.*

Fœminus, a, m. idem ac fœmineus, *Prop.* 29. 31. fœmina turba.

Fœtum, ii. idem ac fœtus, ita docet Lipsius.

Folium, ii. Folio facilius moveri *proverb.* in homines leves *Cic. Att.* 3.

Fontejus civis Rom.

Fontejanus, a, m. *Cic. de ar. resp.* Fontejano nomine.

Forma, æ. *pro* simulacro, *Cic. in or.* Artifex cum faceret Jovis formam.

Fors. ædes fortis fortunæ faciendam locavit Carvilius Cos. prope ædem ejusdem deæ a Serv. Tullo dedicatam *T. L.* 8. 32.

Fortuna, æ. ædem fortunæ in colle Quirini dedicavit Q. M. Ralla *T. L.* 34. 53. dicta autem fortuna Primigenia, Equestris, Mammosa, Barbata, Plebeja, Muliebris, Redux, Bona, cujus templum in foro boario, Virilis in ripa Tiberis. *locut.* fortunam trahere, subire, spoliare fortunis aliquem, de fortunis deturbare, fortunas recuperare, in fortunas alicujus impetum facere *Ciceronianæ sunt*; fortunas consumere, experiri *Cæs.*

Fortunatus. *cogn.* P. Nevii Fort. *lap. apud Cæsios.*

For-

Fortunensis. ut Junoni pagi fortunensis, *inscr. Murat.* 15. *t.* 1.

Fossa. *transl.* pro re pudenda cinædorum *Juven.* 2. inter socraticos notissima fossa cinædos. *etiam pro* alveo fluminis, *Cic. in Pis.* rheni fossa.

Foveo, es. *locut.* fovere sinu, est hominis pii *Phædr.* 4. 18.

Frænum, i. *locut.* frænum pati, solvere, *Phædr.* 4. & 1. 2. recipere *Horat.* depellere *idem.*

Fragilis. *pro* vano, & levi *Horat.* fragilis Pedacia.

Frango, is. *pro* placo *T. L.* 2. fletus, & comploratio fregere virum.

Fraus, dis. *locut.* in fraudem conjicere, fraudem ferre, in fraudem incidere *Cic. Att.* fraudem admittere, in fraudem rapere *Cic.* fraudem moliri *Phædr.* 4. fraudem importare *T. L.* 34.

Fremo, is. etiam in bon. partem *pro* lætari, *T. L.* 6. erecti gaudio fremunt.

Frisus, a, m. pop. Fris. Germ. *lapis interamne* Hilarius Ner. Cæs. Cor. custos natione friso.

Frontinianus, a, m. *adject.* ad frontinum spectans, *inscr. Mur.* 376. *t.* 1.

Fruor, ris. fruere *formul.* cum damus, quæ cura sunt, *Phædr.* 3. 7. fruere, quæ laudas; *Cæs. apud Sen.* fruere Pollio.

Frugi. *pro* diligenti, *Ter. Eun.* 3. 5. *Ant.* de symbolis quid actum est? *Cl.* paratum est. *Ant.* frugi es.

Fucus. fucum facere *in obscenis pro* vitiare *Ter. Eun.* 3. 5. fucum factum mulieri.

Fuga, æ. *locut.* in fuga esse *Cic. Att.* 7. fugam capescere, sibi consciscere, in fugam fundi, *T. L.* fugam ornare *Ter. Eun.* 4. *n.* facere *idem;* fuga se recipere, fugæ mandare, fugam petere, sese in fugam conjicere, in fugam dare, *Cæsar.* in plural. quas fugas fecerit *Cic. pro d. sua.*

Fulcinianus, a, m. *adject.* ex opp. Fulcinio Vegiæ Inf. fulcinianus fundus *Cic. p. Cæc.*

Fulcio, is. *transl. Cic. Att.* 5. Thermum fulcio. Habet præt. etiam *fulcivi* sed raro. inscr. Mur. 466. *fulcivit.*

Fullo. *cogn.* L. Apustii.

Fulmen. fulmen dictatorium *T. L.* 6.

Fumus. *pro* jactantia, *Horat. car.* 4. fumum, strepitumque Romæ.

Funeratus, a, m. non est sepultus, sed qui funebri pompa decoratus est, ita explica Ho-

Horat. l. 3. *od.* 8. funeratus funeris ictu. ignis *enim de cęlo videbatur quasi funeris & rogi decus. V. Max.* 4. 6. 3. funerata atq. in rogum imposita.

Furca, æ. expellere furca *proverb.* in homines odiosos *Horat.* naturam expellas furca; *Catullus* furcilis præcip. ejiciunt; *Cic.* furca expellimur Brundusio.

Furcifer. vox indignantis etiam in liberos homines *Ter. Eun.* 5. 2. & 4. 7.

Furius civ. Rom.

Furianus, a, m. *adject. T. L.* 6. plures a Furianis cæsi.

Fusculus. *dim.* a fuscus; hinc Curuncania fuscula *apud Mur.* 3. 1.

Fusor. pro aquario, qui fundit aquam, *Aut. de signis cœlestib.*

Fusus. *cogn.* Sp. Furi Fusi Cos. ut fortasse deceptus fuerit Festus verbo *fusius*, qui *pro* Furius antiquos dixisse refert; non nego tamen, eos *s.* pro *r.* usurpavisse.

Futilis. nunquam pro loquace usurpatur a latinis. *loquax* enim est, qui loquitur multa fortasse bona, *futilis* qui semper loquitur inania. *futilis* igitur est homo nullius, vel pravi consilii, *Ter. And.* 3. 5. servo fortunas commisisse futili. *nam ait porro* viden' me consiliis tuis miserum impeditum esse?

G

Galbianus, a, m. adject. ad Galbam, ut Horrea galbiana *lap.*

Gallogræcus. *Cic. de ar. resp.*

Gannio, is. *transl.* pro queri, *Catullus* quod gannit, & obloquitur, irata est; *Ter. Adel.* quid gannit? *h. e.* quid queritur? Syrus enim querebatur. Gannire enim nunquam pro murmurare usurpatum fuit.

Gaudeo, es. *transl.* ad animata *Catull.* tota domus gaudet; *alibi* gaudete undæ.

Gaudium, i. *locut.* cumulari gaudio, erigi, triumphare, exultare, compleri, *Ciceronianæ sunt.*

Gaulitanus, a, m. ut munic. Gaulitanum *Sponius* 192. ex *Gaulo Ins. Afr.*

Gemellus. *nom.* cujusd. hom. apud V. Max.

Gemellinus, a, m. ex Gemello. *inscr. Mur.* 40. 1.

Gemmea. cauda gemmea Pavonis *Phædr.* 3. 18.

Gemo, is. *transl.* ad inan. *Horat. car.* 1.

car. 1. Antennæque gemant; *Cic. in or. in L. Pison.* cum templa gemerent.

Gener, ris. socer, generque *proverb.* in amicissimos *Catull.* socer generque; *Virgil.* socer beate, generque.

Genus, eris. omne genus *adverb.* pro omnis generis, *Gellius* elegantiarum omne genus referti, *Varro* seminaria omne genus.

Gesum, i. pilum gallorum ex Varrone; *T. L.* qui hastam, gesaque gererent.

Geta. *cogn.* C. Licinii Getæ.

Gladiator, oris. gladiatores *pro* homines perditi. *Cic. Ver.*

Gladiarius, ii. qui gladios vendebat, faciebatque *inscr. Murat. p.* 246. *t.* 1. gladiarius negotiator.

Gladius, ii. *pro* severitate, ac potestate, *Cic. p. Cl.* dictatorium gladium.

Glans, dis. *transl.* usurpatur, glande inimicorum corruptam *Cic.* de ar. resp. in glande autem veteres scribebant *Hirt. b. hisp.* glandem scriptam; *alibi* Juditium glande scriptum.

Glisco, is. ejus partic. fane usitatum est, *T. L.* 2. invidia gliscentem; & bellum gliscens.

Gloria, æ. *locut.* gloria luxuriare, gloriam parere *T. L.* ad gloriam aliquem erigere *Cic.* gloriam imminuere, gloria florere *Cic.* gloriam tribuere *Phædr.* 1. 7. assequi *Cic.* exultare gloria *Hirt. b. hisp.*

Globulus. *cogn.* apud Cic. pro Flacco.

Gomphi. opp. Larissæ *Cæs.* gomphos pervenit.

Gomphensis. ex gomphis *Cæs.* 6. *c.* 3. collata cum casu gomphensium.

Gonnum. opp. xx. mill. a Larissa *T. L.* 36. x.

Gracilis. minus est quam macer *Cor. Gall.* quærebam gracilem, sed non quæ maci fuisset.

Gracilitas, tis. translate etiam usurpatur *Cic. Br.* gracilita dicendi.

Grajus, a, m. Grajum *pro* Grajorum *Phædr.* 4.

Gratia, æ. *locut.* in gratiam aliquem reducere *Ter. And.* gratiam reddere *Phædr.* minuere, repudiare, redimere *Cæs. b. g.* effundere, consequi, inire, reconciliare, exulcerare *Ciceron.* in gratiam ponere apud aliquem *Cic. Att.* 5. in gratia cum aliquo esse *Cic. fam.* in gratiam reduci

duci *Cic. p. Cl.* in gratiam alicujus restituere *Cic. Att.* 1.

Gubernaculum, i. ad gubernacula Reip. sedere *Cic. p. R. Am.*

Gurges. cogn. Q. Fabii Gurgitis *Macr.* 3. 13. *T. L.* x.

Gusto, as. gustaram *pro* gustaveram *Cic. de or.* gustarit *Hor.* 2. *Sat.* 5.

H

HAbeo, es. verbum in amoribus *Tibull.* qui te cum posset habere ; *Virgil.* nos Amaryllis habet.

Habitus, us. *locut.* in pristinum habitum revocare *V. Max.* 4. 1. restituere *l.* 5. recuperare 5. 6.

Hadrianalis. ex Hadriano *lap. in pariet. æd. d. Paul.* sodali Hadrianali.

Harmonia, æ. filia Veneris ex Marte.

Harpago. erat etiam instrumentum ferreum non in præliis navalibus tantum, sed etiam in urbe ad casas diruendas *Hirt. b. Hisp.* harpagones ad casas diruendas.

Hastatus. nunquam usurpata hæc vox a latinis pro centuria hastatorum. *Nam Cic. de div.* 35. cum signifer primi hastati, *ita explica*, ut signifer fuerit primi hastati, qui duas centurias ducebat. Primus enim hastatus habebat signiferum suum, secundus suum, tertius suum.

Hasta, æ. *pro* virili membro *Aut. priap.* utatur veris usibus hasta rudis.

Hem. objurgantis etiam est, *Ter. Heau.* 1. 1. Hem, tibi licere facere me vivo patre? Erras si id credis. Etiam admirantis, *Ter. And.* 3. 5. *HE.* filiam ejus virginem vitiavit. *DE.* Hem. *HE.* mane, nondum audisti. Etiam dolentis *Ter. And.* 3. 2. Hem perii.

Heliopolitanus, a, m. ex Heliopoli, *inscr. Murat.* 230. 1. Jupiter Heliopolitanus.

Herbitensis. ex Herbita urb. Siciliæ, *Cic. Ver.* 5. loquuntur Herbitenses dare &c.

Hercule. *form.* jurandi etiam fœminarum, vide *Apulei. initio Apolog.*

Hercules. vocabatur præcipue Sanctus *Ovid. Prop. Cic.* & Sanctissimus *Grut.* 48. & Olivarius in foro Olitorio, & Defensor *lapis*, & Tricosus *lapis*. In Genetivo & Herculi, & Herculis, *Varro* utrum Herculis an Herculi, utrumq. in conE sue-

fuetudine, *Catullus* Herculi labor est *ad Camerium scribens*.

Heros. Heroes *pro* primarii Civitatum *Cic. Att.* 14. Antonii colloquium cum heroibus nostris.

Heu. Geminatur aliquando, & casum petit nominandi, & accusandi, & vocandi, *Catull.* Heu heu crudele venenum.

Herus, i. & Hera, æ) pro deo, & dea, & dicitur etiam de majoribus diis, *Catullus* Hostia cœlestes pacificavit heros; *alibi car. de Att.* Absit a mea furor, Hera, domo, h.e. Cybele *Ovidius* Mica salis puri pacificavit heros.

Hic, hæc, hoc. Hic est *form.* laudandi, *Persius* 1. 28. pulcrum est dicier, hic est. *Martial.* 5. 13. *Phædr.* 5. 1. Hic *pro* hoc, *Catullus* Hic (os) dentes Sesquipedales [habet]. Eleganter conjungitur cum *is, ea, id*. *Catul.* hoc id doleo. *Front. de aquæd.* ex hoc eo; *ita MSS om.* vide criticen nostram ad Frontinum contra Io. Poleni.

Hiems, is. *transl.* pro calamitate *Cic. ad Her* 4. Hiemem fortunæ. Et *pro* anno, *Catul.* nonam edita post hiemem.

Hilarianus, a m. ex Hilario, *inscr. Mur.* 378. 1.

Hilaritas. cogn. cujusd. feminæ *apud Mur.* 376. 1.

Hirculus, i. *dimin.* ab hirco, *Aut. Priap.* barbatus linit hirculus.

Hispalus, a, m. *adject.* ex Hispali urb. Hisp. idem ac hispalensis, hinc Cn. Corn. Scipio Hispalus Trib. Mil. *T. L.*

Hister, ex Histria. *lap. allat. ab Aldo Man.* Sex. Palpilio L. F. Vel. Histro.

Hodie. hodie, atque heri *pro* nuper, *Catullus in nupt. Manl. & Jul.*

Homo, nis. Aliquando ad contemptum, & risum exprimitur, *Phædr.* 5. 7. Homo meus se in pulpito totum prosternit.

Honor, ris. *locut.* Honores decernere, consequi, effundere, de honore deiici, honori inservire, honorem desperare, ad honores obrepere, *Ciceronianæ sunt*. honores petere, mandare, honore abire, deiicere aliquem honore, honorem deferre, delibare, impertiri, honori alicujus refragare, honorem impetrare *Liviana. Phædr.* 4. 24. honorem tribuere, *Justin.* 5. 4. honoribus onerare.

Honorata. cogn. cujusd. Lucilianæ.

Honoratianus *inscr. apud Mur.* 517. 1.

Ho-

Horarius, ii. qui horologia faciebat, *lapis Romæ* Secundinus Felici Horario.

Horreo, es. cum *ne*, *Cic. Att.* 5. Ne quid mihi prorogetur, horreo.

Hospes, tis. *transl.* usurpatur, *Cic. de or.* 1. hospitem in agendo.

Hostilius Tullus olim rex Rom.

Hostilius, a, m. adject. spectans ad Hostilium, ut Curia Hostilia ab eod. extructa *T. Livius*, Dio. οςίγιον βυλευτήριον.

Hui. interjectio etiam timentis, *Cic. Att.* 15. Hui, quam timeo. Et monentis, *Cic. Att.* 13. Hui quandiu de nugis.

Humectum, i. *Macrob. sat.* 7. Plenos naturalis humecti, *h. e.* humoris.

Hyblensis, idem ac hyblæus, *Cic. Ver.* 5. Cum vero ex Hyblensium pactionibus intelligetis.

Hydrentini. ut municipium Hydrentinorum, *inscr. Grut.* 374.

I

PRo *i.* veteres utebantur *oe* ut ab oloes *pro* ab illis; & *o* ut ollus *pro* illus. *Festus.*

Jactura, æ. *pro* morte, *T. L.* 6. *d.* 1. Unius jactura Civis finiat intestinum bellum.

Janiculensis. spectans ad Janiculum, nt porta janiculensis Romæ.

Ibi. *pro* statim, ut *ubi* vel *ut* tamen semper anteponatur, *Catullus* ubi Sol lustravit, ibi Somnus &c. & *alibi* aut abiit, ibi &c.

Ibrida, æ. vox contumeliosa in homines obscuris parentibus natos, *Val. Max.* 8. 6. 4. Q. Varius propter obscurum jus Civitatis ibrida cognominatus est. *Horat. sat.* Ibrida Persius.

Iciliensis. *Cic. Ver.* 5. Iciliensium incommoda.

Idem, eadem, idem. fere semper eleganter cum *ille* conjungitur, *Cic. in or.* Idem ille; *Catullus de com. Ber.* Idem me ille Conon. &c. *Phædr.* 4. 24. Simonides idem ille, de quo retuli.

Jens, jentis. *pro* euntis. *inscr. Mur.* 337. 1. Jentibus ab urbe parte sinistra.

Idomeneus, a, rum. *Catull. in nupt. Pel.* Idomeneosne petam montes. *ita MSS. omn. opt.*

Ignominia, æ. *locut.* ignominiam levare, delere *T. L.* accipere *Cic.* ignominiis appeti *Cic.* ignominias demere *T. L.* etiam in plurali.

Ille, a, &c. Illoc *pro* illo Catullus, & Plautus.

Illibatus. Illibatæ vires *T. L.* 2. 5.

Illiteratus. *transl.* illiterati nervi frigent *Horat.*

Illustris. & in malam partem accipitur, *Cic. Att.* 4. Injuriam illius faciam illustrem; *Cic. de ar. resp.* Illustre perjurium.

Illus, a, m. antiquum, *Lucretius* illæ *pro* illius, & *pro* illi: *Varro* ollus letho datus *h. e.* illus.

Immaturus. immaturum tempus rebus gerendis *T. L.* 36. XI.

Immensus. In immensum crescere *T. L.* 4. *d.* 1.

Immuto, as. paulum me immutassem *Cic. fam.* 1. 9. *h. e.* sententiam mutassem.

Impendo, is. de suo impendere *T. L.* 6.

Imperiosus. *cogn.* Manlii *T. L.* 4.

Impero, as. Imperarunt *pro* imperaverunt, & imperasset *T. L.* 39. *Cæs.* 6. *g.* 4.

Imperium, ii. *locut.* imperium affectare, inhibere, detrectare, amittere, finire, abnuere, exequi, abrogare, *Livianæ sunt*. sub imperium redigere *Cæs.* 6. *g.* imperio parere *T. L.*

Impetus, us. *locut.* impetum reprimere, repellere, comparare, intermittere, retardare *Ciceronianæ sunt*. impetum dare, retundere, mollire; *Livianæ;* impetum sustinere, *Cæs.* 6. *g.*

Impleo, es. *locut.* implere aliquem alicujus rei, h. e. imbuere, *T.L.* 1. *d.* 1. 18. Implesse autem & implessent *pro* vimpleissent dixit *T. L.*

Improbitas, tis. *pro* homine improbo, *Phædr.* 1. 5. prædam sola improbitas abstulit.

Imulus, a, m, *adject. dimin.* ab imus, *Catullus* imula oricilla. *ita MSS. opt.*

Inambulatio, nis. *transl.* ad obscena, *Catullus* lecti inambulatio.

Inauditus, a, m. *adject. pro* auditus, a, m, ab inaudio, *Cic. p. L. Corn. Balbo cap.* 18.

Incœptum, i. *locut.* in incœpto perstare, incœpta persequi, incœpto desistere, absistere, in incœpto perseverare, *Livianæ*.

Incertus. *locut.* in incerto esse *T. L. & Hirtius.*

Inchoatus, a, m. *locut.* ab inchoato aliquid reficere *lapis allat. a Nardino ap. Græv. t.* 4.

Inchoo, as. *locut.* inchoare initia *T. L.*

Incanesco, is. vox fictitia a ne-

nemine usurpata. Nam Catullus habet *incanduit*, non *incanuit*. *ita omnes opt. MSS.*

Incandesco, is. *h. e.* candidum esse, ut *candeo*, quod & pro candido, & pro ignito, *Catullus in nupt. Pele.* incanduit unda. *ita inquam omnes libri scripti.*

Incido, is. *pro* accido *T. L.* I. 6. forte ita incidit, ut &c.

Incipio, is. passive *Cic. de In.* incipietur, & *T. L.* x.

Inhumanus. adde Superl. *Cic. Cat.* 4. inhumanissimus; & *Ter. Phor.* 3. 2.

Incommodum, i. *locut.* incomodum perferre *Ter. Hec.* accipere, & sarcire *Cæs.* & incomodis conflictari.

Incurso, as. impersonaliter usurpatur, *T. L.* 35. 26. quorum in fines incursatum erat.

Indulgeo, es. impersonal. usurpatur, *T. L.* 3. *d.* I. indulgendum est; & 45. 35. aviditati indulgeretur. Etiam passive *Front. de aquæd.* spatium indulgeri &c.

Indus. flum. cui fecerat nomen Indus ab elephanto dejectus *T. L.* 38. 14.

Industria, æ. *locut.* industriam figere, & locare in aliq. re *Cic. Fam.* etiam in plurali *Cic. Ver.* 5. odistis hominum industrias.

Inemendabilis. *Val. Max.* 7. 2. 1.

Inenarrabilis. *T. L.* 44. 4.

Inesco, as. Specie beneficii inescamur *T. L.* I. 23.

Infamia, æ. *locut.* infamiam delere, sentire, lenire *T. L.* sarcire, habere *Cæs.* conflare *Cic. p. Cl.*

Infatigabilis. adde lap. ex Juv. 321. ob infatigabilem pietatem.

Infelix, cis. *arbor infelix* dicitur non quia facit infelicem hominem, sed quod fructus non ferat, *T. L.* Nulla felix arbor, nihil frugiferum in agro relictum. *Infelix* tamen active usurpatum a *Tibullo* I. 4. Infelix urgeat ossa lapis.

Infixus, a, m. *pro* totus pronus *Cic. Brut.* Infixus in patriæ charitate.

Inflate. *adverbium*, quod a lexicographis expecto.

Inflatus, a, m. *pro* vento nimio impulsus *Cic. p. Sext.* translate *usurpavit*, fœnerator. gregibus inflatus atq. compulsus. *ita MSS. omnes.*

Ingenium, i. *locut.* Sibi ingenium induere *T. L.*

Ingens, tis. *pro* superbo, & elato, *T. L.* 4. *d.* Cum Canulejus victoria de Patribus, & plebis favore ingens esset.

In-

Ingravesco, is. dicitur de ætate & senectute, *Cic. Fam.* 1. 9. ætas nostra jam ingravescens, &c.

Ingredior, ris. pro simplici *gradior*, *Phædr.* 5. 7. Incipiebat princeps ingredier.

Inimicitia, æ. *locut.* inimicitias propulsare, exercere, persequi. *Cic.* deponere *Val. Max.* inimicitias mortales esse debere, *proverb.* apud *T. L.* 40. 46.

Initium, ii. *locut.* prima initia inchoare, *T. L.* initium facere ab aliquo *idem*.

Injuria, æ, *locut.* injurias ultum ire, & accipere *T. L.* injurias persequi. *Cic.* ab injuriis redimere. *Cic. Ver.* 5. injurias ferre *Cæs.*

Innoxius, crimine innoxius. *T. L.* 4.

Inops, is. inopem vitam *Ter. Heau.* 1. 1.

Inopia, æ. *locut.* inopiam propulsare *Cic.* levare. *T. L.* inopiæ succurrere. *V. Max.* inopia adduci, *Cæs.*

Inquinatus, a, m. de furto dicitur, *Cic.* manus furtis inquinatæ, & *Catullus* dextra inquinatiore.

Insapiens, tis, ita olim veteres *pro* insipiens, ut confrango, & confacio apud Festum. *Catullus*, o sæclum insapiens! ita Codices omnes.

Insidia, æ. *locut.* insidias cavere, vitare, contra aliquem ponere. *Ciceronianæ sunt.* Ex insidiis evadere, in insidias præcipitare, *Livianæ.* insidias evitare *idem*, collocare *Cæs.*

Institutum, i. ex instituto *h. e.* de more *T. L. l.* 6. *d.* 1. Cur ex instituto militem non dedissent?

Insto, as. etiam impersonaliter usurpatur. *T. L.* 1. 2. si instetur.

Insuesco, is. *Teren. And.* 1. 1 insuerit *pro* insueverit.

Intego, is. *integere viam* fortasse erit non sternere, sed porticu tegere *in ver. inscr.* ut apud *Prop.* 2. 16. quænam nunc porticus illam integit.

Intendo, is. *locut.* intendere se aliquo, *h. e.* ire, *T. L.* 4. *d.* 1. intendere annonam, *Varro apud Nonium* h. e. augere.

Intentus, a, m. intenta aure, *Tibullus* 4. 1.

Interanniensis. pop. munic. in Lusitania *lap. allat.* a *Pantir. ap. Græ. t.* 3.

Internodium. *Virg. Cyr.* internodia membris.

Interrogo, as. *cum acus. inan.* illud interrogo, *T. L. l.* 8.

Intervallum, i, *transl. ad inanima-*

nimata, *Cic. Agr.* 2. Videte quantum intervallum sit injectum inter Maj. nostr. consilia; *adde pro Rabir.*

Intestinarius, ii. *In Cod. Theod.* erant qui intestina ad ornatum ædium fabricabant.

Introductus. *Cic. Att.* 2. 24. introductus Curio.

Invectio, nis. Nemo latinorum *pro* insectatione usurpavit. Nam locus Ciceronis corruptus est, & τὸ *invectionis*, si sensum spectas, ineptum. verior lectio *invectioris*. vide Criticen nostram ad op. om. Cicer. ubi loca desperatissima restituimus.

Invectus, a, m. *comp.* invectior *Cic. de Inv.* loco supra cit.

Invenio, is. *Phœdr.* 3. 2. quasi inventuri mortuam postridie.

Inverto, is. *pro* male interpretari *Hor.* 3. 1. *Satyr.* At nos virtutes ipsas invertimus.

Investigo, as. *pro* interrogando quærere, *Cic. pro Cl.* adolescentem investigarent. Usurpatur etiam cum abl. cum præp. *de*. *Cic.* de Lentulo investigabo.

Invetero, as. *pro* veteranum esse, *Cæs.* 6. *c.* 3. Equites, qui inveteraverant.

Invidia, æ. *locut.* invidiam alienam assumere, flagrare invidia, in invidiam rapi, invidia ardere, invidiam deponere, in invidiam adducere, invidiæ incendio conflagrare, *Ciceronianæ sunt*. invidiam cumulare, augere, levare, *Livianæ*. Ex invidia laborare *Cic. p. Rosc. Am.*

Iocosus, a, m. *comp.* jocosius, *Hor. Sat.* 4.

Iovius, a, m. ut porta Iovia, *lapis Gratianop.* portam romanam Ioviam vocari cœperunt.

Ipse, a, m. eleganter jungitur cum *ille*, *Cic. or.* 1. ipsos illos; *alibi* ipse ille.

Ira, æ. *locut.* iras mollire, coarcere, suprimere, lenire, in aliquem flectere, movere, iræ indulgere, iram accendere, ira commoveri, iræ temperare, iram alicujus deprecari, *Livianæ sunt*. ira ardere, iram placare, subire *Ciceronianæ*. iram in aliquem evomere. *Ter. And.* 3. 2. iram reprimere *Phœdr.* iram remittere *Val. Max.* 6.

Iracundia, æ. *locut.* iracundiæ resistere, iracundia ardere, iracundiam subire, iracundia exardescere, furere, *Ciceronianæ sunt*. iracundiam omittere *Ter. Adelph.*

Irrogo, as, irrogarat pro irroga-

gaverat *Cic. p. Mil.* 14

Irrumo, as. *transl.* pro fallere *Catull.* o merui beue me irrumasti. hinc vice versa ludificare *pro* vitia exurgeri.

Is, a, d. eleganter jungitur cum ipse *Cic de Juven.* 2. is ipse, *&* *Att.* X. id ipsum ad me velim scribas.

Iste, a, d. eleganter cum *ipse*. *T.L.6.* isto ipso telo; *Ter. Eun.* 3. 5. istam ipsam *Cic.* istas ipsas artes; *alibi* iste ipse Mesarchus. Exprimitur autem *iste*, cum aliquem contemnimus, *Ter. Ad. prol.* quod isti dicunt malevoli; *Catullus* ista turpiculo puella naso; *alibi* quo iste vester expolitior dens est.

Iter, ris. *locut.* iter praeripere, emetiri, *T. L.* iter tentare *Caes.* modicis itineribus, magnis, incertis *T.L.* 36. *transl. Cic. Att.* 4. iter amoris interrumpere, & *T.L.* iter honorum obrepere.

Itero, as. proprie est iter repetere *Catullus* sidera cur iterent? *ita omn. opt. MSS.*

Iubeo, es. *praet.* justi *pro* jussisti *Ter. Eun.* 5. 1. *&* *Ad.* 5. 9.

Iucundinus. *dicit.* a Iucundo *inscr. Mur.* 6. 4. 1.

Iudico, as. judicassit *pro* judicaverit *Cic. Ver.* 2.

Iungo, is. absol. *pro* matrimonium jungere, *Catullus* nec junxere prius, quam se tuus extulit ardor.

Iunianus, a, m. *adject.* spectans ad Iunium, *Cic. Ver.* 3. de subfortitione juniana nihil dico.

Iuno, nis. vocabatur *Sospita*, cujus aedes in Foro Olitorio *T. L.* 34. & Moneta & Lucinia *T. L.* & Regina *T. L.* & Capratina, & Sororia. Templum Iunonis erat etiam in Aventino, quam dedicavit Camillus *T. L. l.* 5. Plures igitur erant Iunones, hinc *inscript. Murat.* 16. 1. Junonibus sacrum.

Iupiter. Vocabatur Fagutalis, de quo *Festus*, & *Varro*. & Praedator *Virgil.* Invictus *Ovid.* Inventor, Sponsor, Propugnator, Conservator, Arbitrator, Victor, Capitolinus, Optimus, Maximus *Cic.* Teretrius *T. L.* Stator *idem*. Elicius, Vrius *Cic.* Olympius *Cic. p. Caec.* Summus, & Magnus *Phaedr.* 4. 19. Templa Iovis in Capitolio dedicata ab Horatio T. L & in Tarpejo *idem*.

Ius, ris. *locut.* Iure suo decedere, vocare in jus, jure grassari, jus dicere, jura obterere, jus rumpere *Livianae sunt*. jus persequi *Cic.*

Iustitium, ii. Iustitii tempore, non juris solum & pub. munerum

nerum cessatio erat, sed etiam privatorum, *T. L.* 3. *d.* 1. Iustitium edicit, claudi tabernas jubet; *nisi forte* argentarias.

Iuventa, æ. a prima juventa *inscr. Mur.* 185. 1.

Iuventas. Dea Veneris Comes *Horatius* parum comis sine te Iuventas. Hujus Deæ Templum in Capitolio *T. L. l.* 5.

Iavo, as. etiam passive usurpatur, *T. L.* 44. 22. Viatico a me juvabitur.

L

L Puncto postposito præn. significat, ut L. Iunius *h. e.* Lucius Iunius.

Labor, ris. *locut.* laborem impendere, exhaurire, laborem exsudari, laborem laxare, laboribus perfungi, parcere *Livianæ*. laborem detrahere *Cic.* sumere *Cæs.*

Laboro, as. nihil laboro *pro* labore vaco *Phœdr.* impersonal. *T. L.* annona laboratum est; *idem* siccitate laboratum est.

Laboriose. *pro* moleste, *Catullus* male est mehercule, & laboriose. Ex labore enim molestia.

Laceratus, a, m. *transl.* etiam *T. L.* 2. *d.* 1. lacerata Respub.

Lacerna, æ. vestis fœminarum etiam ex verbis Horatii, *sub clara nuda lacerna* ita opt. MSS non *lucerna* ex Bentlejo, vide criticen nostram in Græv. t. *6.*

Lacetani. populi agrestes Celtiberiæ, *T. L.* 34.

Lactifer, a, m. quod fert lac. *inscr. Murat.* 70. 1. Lactifero Silvano.

Lælius civis Rom.

Lælianus, a, m. *adject.* spectans ad Lælium, *Cæs. b. g.* 3. elicuit naves Lælianas.

Lætitia, *æ. locut.* lætitia exsultare, lætitiam capere, lætitia perfundi *Cic.* in lætitiam conjicere *Ter. Eau.* 2. 2.

Lævinus, a, m. qui utitur manu læva, hinc C. Val. Lævinus; quare *Catullus* ad *Asinium* manu sinistra non belle uteris.

Laguncula. usus hac voce *Cic. Att. 6.*

Lambo, is. verbum in obscenis, & spectat tam ad feminas, quam ad viros, *Juven.* Tedia non lambit Cluviam; *Ausonius* lamberet membra virorum.

Lamia; urbs in tumulo ad Termopylas. *T. L.* 36. 25.

Lampas, dis, accus. habet & lampadas *Tibull.* 4. 2.

Lanarius. non erat proprie, qui lanam curabat; sed qui vestes laneas faciebat, vendebatque,

F *Plaut.*

Plaut. Aul. aurifex lanarius. Non enim lana, sed veste opus erat illis nuptiis. Præterquamquod qui lanam curabat, dicebatur lanarius pectinaris *Grut.* 648. erat & lanarii coactores, qui faciebant coactilia *Grut. loc. eod.* Et lanarii coactiliarii, qui coactilia vendebant *Grut.* ibid.

Lanatus. cogn. L. Menenii Cos.

Lanciensis. Lancienses oppidani in Lusit. *ex lap. allat. a Pancir. apud Græv. t.* 3.

Languidus, a, m. *transl.* etiam *T. L.* 3. *d.* 1. vis potestatis languidior.

Laniger. absol. *pro* agno, *Phœdr.* 1. laniger contra timens.

Lapilleus, a, m. *dimin.* a lapideus, ut via lapillea. *inscr. Mur.* 458. *t.* 1.

Lapidarius, ii. qui lapides pretiosos poliebat, *Spon.* 223. opifices lapidarii.

Lapis, dis. *locut.* lapidibus appeti *Cic. p. d. s.* lapidem impingere *Phœdr.* 3. 5. Veteres floribus coronabant lapides, *Tibull.* florea serta lapis. Lapis autem *pro* homo ferreus, & crudelis, *Tibullus* ah lapis est, quicumque puellam verberat. Lapidi *pro* lapide *Lucretius*.

Laqueus. *locut.* in laqueos se induere *Cic. Ver.* laqueo dependere, *T. L.* laqueos effugere *Phœdr.* 4. 1.

Lardarius, ii. qui lardum vendebat, *Gruter.* 647. L. Neffimius Lardarius.

Lares. Lares permarini *T. L.* 40. 52.

Largus, a, m. *pro* latus *Cic. Her.* Spacium conficiendi largissimum. *ita MSS opt. Medicæus.* Vide Crit. nostr. in loca om. desperatissima Ciceronis.

Laternarius. in MSS revera *lanternario* ex fide Grut. & aliorum.

Latio, nis. absol. *pro* legis latio, *Cic. p. d. s.* An si in ista latione tua lapides jacti.

Laudo, as. laudaram *pro* laudaveram *Phœdr.* 1. 6. laudarunt *Cic. de ar. Ves.*

Lavicanus, a, m. *T. L.* Lavicanos victos; & Lavicana via *idem*.

Lavici. colon. Rom. *T. L.* Coloniam Lavicos deducendam.

Lavo, as. *Frontin. de aquæd.* balnea, quæ publice lavarent.

Lavo, is. adde *Catullum* lavit dentem; & *Virgilium* lavit improba; & *Horatium* rore castaliæ lavit.

Laus, dis. *locut.* laudem libare ex aliq. re, *Cic. ad Heren.* laude cumulari, in laude ponere, ad laudem aliquem efferre,

re, laudem consequi, adipisci, laude cohonestare, laudes ascifcere; laudi aicujus consulère *Ciceronianæ sunt*; vestigiis laudum insistere, laudem conferre, laudibus ad cœlum ferre, laudibus aliquem celebrare, laudes obtrectare *Livianæ*; laudem intercipere *Phædr.*

Lautumarius. corrupta vox, & fortasse spuria; nam in MSS Cicer in Pis. est *Lautumiario*, in aliis *lanternarius*, & *lancernario*: Vide supr. *laternarius*.

Lautus, cogn. Romanum *Lap. apud Ald. Man.*

Laxus, a, m. *pro* copioso, *T. L.* 2. laxa annona rediit advecto frumento.

Lectarius, ii. qui lectos faciebat *in Cod. Theod.*

Lectus, i. a græco λέχος.

Legativum, i. Epulum legativum, *vet. Sconsult. ap. Mur.* 614. 2.

Legio Augusta. Municipium erat *lap. Rom. in vin. Card. Carp.*

Lego, as. legassit *pro* legaverit *in Lege XII. Tab.*

Lene. nunquam *pro* adverbio usurpatum; nam lene in Martiale est pro *navigio* dictum. Et sane *τό natabis* hoc adprobat. *Natare* enim latine est *navigare*, *Virgilius* Natat uncta carina; versus poetæ talis est *Natabis lene vadum &c.* neutra tamen adverbialiter usurpari possunt.

Lentus, a, m. verbum in obscenis, *Propert.* Siccine lente jaces?

Lepidus, civ. Rom.

Lepidianus, a, m. *adject.* ad Lepidum spectans, Macrob. 1. Sat.

Lepor, ris. verbum in deliciis, *Catullus ad amicam* mei lepores.

Lepinus, a, m. *adject.* Lepinis nihil relictum *Cic. Ver.* 5. Erant populi ad rupem, quæ Lepas dicitur, in agro Siracusano.

Leptitanus, a, m. *adject.* ex Lepti Parva Africæ *Hirt. b. afr.* Leptitanos multat.

Levis. *pro* obscuro loco natus, *T. L.* 3. extollere candidatorum levissimum quemque, humillimumque.

Lex, gis. *locut.* leges imponere, lege cavere, legem exercere, legem labefactare, leges jubere *Livianæ sunt*; Leges autem ferebant & Censores, Pontifices Max. Prætores peregrini: *Vide Criticen nostram ad Grævium*.

Libens. etiam *libens merito* formula in lap. apud Scapuccios Romæ.

Liberaliter. adde superl. *Cic. Att.*

Att. 12. locutus ſum cum eo liberaliſſime.

Liberi, orum. ſuſcipiendorum liberorum cauſa *formul.* in nuptiis legitimis, *Tac. ann. XI. V. Max.* 7. *Svet. Jul.* 5.

Libertas, is, *locut.* libertatem repetere, recuperare, in libertatem aſſerere & vindicare, & in lib. aliquem eximere *Livianæ*.

Libo, nis. *cogn.* C. Petelii Trib. Mil.

Libys, g. o. *Virg. Cap.* Nec libys aſſyrio ſternetur lectulus oſtro.

Licinius Macer ſcriptor vetus Annalium *T. L.* 4.

Licinius, a, m. *adject. Cic. p. Quint.* ab atriis Liciniis.

Lictor, ris. Lictoribus utebantur, qui nec imperium, nec poteſtatem habebant. Nam & Veſtales, & Diales lictorem habebant *Dio* 47. Erant autem lictores regum, dictatorum, Xuirum, Tribunorum, Proprætorum, Curatorum aquarum, Proconſ. Pontificum, Auguſtarum, aliorumque, videſis *Criticen noſtram ad Grævium.*

Lignarium. *pro* vectigal, vel pecunia, quæ exigitur ex negotiatione lignorum, quemadmodum Cerarium, *apud Ciceronem*.

Ligneus, a, m. *pro* macro, *Catullus* conjux lignea.

Liguſtinus, a, m. *adject. T. L.* 1. tumultus liguſtinus; *&* 44. 35. ſcutum liguſtinum.

Lilybæum. Municipium olim Romanorum. *Spon. inſcr.* 184.

Linarius, ii, qui linum vel lineas veſtes vendit, *inſcr. Grut.* 649. *n.* 3. C. Caſſius Sopater Linarius.

Linifer, a, m. *Inſcr. Mur.* 70. Silvano linifero.

Lingua, æ. *pro* promontorio nemo fortaſſe uſurpavit. Nam aliud eſt *lingua*, aliud *promontorium*. Illa enim eſt terra humilior excurrens in mare, hoc eſt terra altior montis inſtar, quare ait Pacuvius *lingua Promontorii*; & clarius Cæſar b. g. 3. *poſita in extremis linguis, promontoriiſque*

Linum, i. pro velo, *Tibull.* 3. 1. lino tecta.

Liquor, ris. *pro* mari, *Horatius* medius liquor.

Litoralis. Dei litorales erat Neptunus, Glaucus, Palæmon, Nereus, Caſtor, Pollux, Venus, omneſque maris Dii, Semideique.

Litubes. oppidani in Liguria *T. L.* 32. 29. ex Litubio opp.

Locricus, a, m. ex Locris *Catullus Com. Ber.* locricus ales

ita

ita ex MSS

Locus, i. *locut.* in locum venire, subdere, esse perbono loco *Cic.* loco cedere, pellere, in locum alicujus sufficere *T.L.* locum capere, eo loco habere aliquem, quo &c. *Cæs.* pugnare de loco *Ter. Hec. prol.* desipere in loco *Horat.* Cum *ut Cic. p. Rosc. Am.* Neque hic locus est, ut dicantur &c.

Locutius. Deus, cujus templum in Nova via, *T.L.* 1.

Lollianus, a, m. *adiect.* spectans ad Lollium, *lapis* Lolliani fontis magister.

Longinus. *cogn.* C. Cassii Trib. Mil.

Longinianus, a, m. *adiect.* spectans ad Longinum, *inscr. Muoat.* 347. 1.

Lucerinus, a, m. *adiect.* Lucerinis opem Romanus ferret. *ex Luceria Urb. Apuliæ.*

Lucifer, i. *pro* die, *Prop.* 2. 14. Venturum paucis me tibi luciferis. Erat etiam *cogn.* C. Jul. Luciferi *lapis.*

Lucilianus, a, m. *adiect.* ad Lucilium spectans, *Inscr. Mur.* 14. 1.

Lucretianus, a, m. *adiect. Mur. insc.* 227.

Lucrifacio, is. Maleficium lucrifacere beneficio *Hir.* 6.

Luctus. *locut.* luctu premi *Cic. Att.* 3. in luctum detrudi *Cic.* luctum importare *Phœdr.* 1. 28. luctum redintegrare *T. L.*

Ludificor, aris. verbum in obscenis, *pro* vitiare *Ter. Eun.* 3 5. postquam ludificatus est virginem.

Ludicrum. *adverb.* pro ludicre, ut turpe *pro* turpiter, *Catullus* Ludicrum sibi roscido nutriunt humore.

Ludus. ludi scenici instituti post obitum Fur. Camilli ad placandam iram Deorum *T. L.* 7.

Lugeo, es. etiam transl. ad inanimata *Phędr.* 4. luget domus *Cic. in Pis.* cum tecta lugerent.

Luna, æ. *mater* vocabatur, *T. L.* 45. 33. Precatus lunam matrem. Ejus Templum in Aventino ædif. a Ser. Tullo, *Festus.*

Lupiensis. ex Urb. Luppia Germaniæ, *inscr. Gruter.* 374. Colonia Lupiensium.

Luscus. *cogn.* A. Post. Albini Lusci.

Lustro, nis. non est homo Veneri deditus, sed crapulæ, & otio; neque Catullus unquam dixit *lustro*, quod erat spurium, sed *ultor*, quod erat in omn. MSS *vide Criticen nostram in Catullum.* ita intelligendus Nævius, quem citant le-

lexicographi, quare Cicero *in lustris & vino*; alibi *vino, lustrisque confectus*. Nam lustra sunt popinæ, non lupanaria. Lustrari autem non est scortari, ita intelligendus Plautus *luxuriantur, lustrantur, comedunt*. Nam & luxuria & luxus de crapula dicuntur. vide *luxus*.

Lustro, as. Lustrabantur agri, & agni hoc pacto; Pastor spargebat oves aqua, & fores floribus coronabat. fiebat fumus de sulphure, urebat herbas, & lauros, addebat dapes, & lacte precabatur dapem *ex Ovid. Fast. & Tibullo*.

Lutor, oris. qui in opere luteo laborabat, & lutamenta conficiebat, *lap. allat. a Græv. ad Cic. p. Flac.* Corp. Lutorum, & Tectorum.

Lutulentus, a, m. *transl.* Persona illa lutulenta, impura &c. *Cic. p. Sex. Rosc.*

Lux, cis. luce clarius *prov.* de re manifesta *Cic. Cat.* Luce sunt clariora nobis tua consilia. *locut.* lucem afferre, vitare, respirare, aspicere, in lucem proferre *Cic.* in lucem emergere *T. L.*

Luxus, us. proprie est crapula, & vinum *Phędr.* 4. 4. vitam, quam luxu trahit: loquitur poeta de vino dedito; *Cic. Ver.* in vino, & luxu.

M

M. Puncto postposito prænomen significat, ut *M. Geganius* h. e. Marcus Geganius.

Macerinus, a, m. *adiect.* ex Urb. Galliæ, quæ Maceriæ dicitur, hinc apud *T. L.* 4. Geganius Macerinus Censor.

Macrinianus, a, m. *adiect.* ad Macrinum spectans, *inscrip. Mur.* 47. 1.

Macula. *cogn.* Pompei Mœchi sororis Fausti Syllæ filii. *Macrob.* 2. *Sat. Cic. fam.* 6. 29.

Madeo, es. absol. *pro* vino madere, etiam *Tibullus* 12. festa luce madere.

Maecenas, tis. ita scriptum reperitur in lapide in hortis Colatianis.

Magistratus, us. *locut.* magistratu abdicare, abire, magistratum deponere, inire, continuare, accipere, gerere *Liviana sunt*. Quod autem pertinet ad eruditionem magistratuum Romanorum, quæ omissa fuit ab Hottomano Manutio, atque aliis, vide in Critice nostra ad Grævium.

Magnifice. *locut.* magnifice se cir-

circumſpicere , *Cic. p. Sex. Roſc.*

Magnitudo, nis. in plurali etiam uſurpatur in rebus Geometricis, *Cic. de or.* 1. In geometria lineamenta, formæ, intervalla, magnitudines.

Major, ris. *tanto maior* formula in lætis acclamationibus, *Plin. paneg.* Quam vera acclamatione celebratum eſt tanto major.

Malas. ſculptor in inſ. Chio *Plin.* 36.5.

Maliacus, a, m. idem ac maleus *T. L.* 32.32. & 36.15. In ſinu maliaco prope Nicæam.

Malitia, æ. *Cic. nat.* 3. Malitia eſt fallax nocendi ratio. *T. L.* 38.9. callidam malitiam.

Malum, i, *male*, *locut.* In malum ſe conjicere *Ter. Hec.* 1. 2. mala alicujus irridere *Phędr.* 1.9.

Malum, i. *pomo*. verbum eſt in obſcenis *Virgilius* legam tenera lanugine mala; *Catullus* miſſum ſponſi malum: *Propertius* pomis mercatur amores; hinc Priapus Deus Hortorum.

Mamertinus, a, m. *adiect.* ex Urb. Mamertio Bruttiorum, hinc M. Æmilius Mamertinus *T. L.*

Mammoſus, a, m. Mammoſa fortuna *in lap.*

Mammula *cogn.* Cornelii Mammulæ *Val. M.* 7.

Maneo, es. *Imperſ.* Maneatur *Cæſ. b. g.* 5. cum *dat. perſ. Cic.* mihi conditio maneat. *Catullus* quæ tibi manet vita?

Manus, us. *locut.* manibus, pedibuſque omnia facere *Ter. And.* 1. 1. manus intentare alicui *Hirt. 6. hiſp.* Compreſſis manibus ſedere *prov.* in otioſos *T. L.* 7. 8. Manu cava, *petentis eſt*, *Tibul. el.* 4. *l.* 2. manus conſerere, in manus venire, in manibus habere, manus ad cœlum tollere, manus injicere alicui, intentare in aliquem, manibus temperare, in manus tradere alicui, in manibus eſſe *Livianæ ſunt*. manus abſtinere ab aliqua re, e manibus extorquere, de manibus elabi, manus ad cœlum tendere *Ciceronianæ*. Manus tollere *admirantis eſt*, *Catullus* Admirans ait hæc, manuſque tollens: dii magni! &c.

Marcilianus, a, m. *adiect.* ad Marcilium ſpectans *Martial.* 2. 25.

Mare, is. *pro* aqua ingenti, ſive lacus ſit, ſive ſtagnum, ſive palus, *Catullus* cætera ſunt maria. loquitur poeta de piſcinis in horto Mamurræ &c.

Mars, tis. Ædes Martis dedica-

ta a T. Quintio IIViro *T.L:* *locut.* Martem spirare *proverb.* in audaces Cic. *Att.* 15.

Mater, ris. in dat. plur. habet & *Matrabus* inscr. Mur. 94. 1.

Matratus, tus. erat fortasse officium quoddam in sacris magnæ matris, *inscr. Mur.* 165. 1. Ob honorem sacri matratus.

Maturesco, is. *transl.* maturescente virtute *T.L.* 3. *d.* 1.

Maturo, as. maturaret venire *T.L.* 34. 46. *Imperf.* si maturatum esset, succurri potuisset *T.L.* 4.

Maturus. *cognomen* in lap. apud Mur. 64. 1.

Matuta. Ædem deæ Matutæ dedicavit Serv. Tullius, refecit Fur. Camillus *T.L.* 5.

Matutinus. matutinus pater *Hor.* 5. 2. h. e. Janus.

Mavortius. substantive idem ac Mars, *lapis Lavinii* Mavortio crum.

Mauritanus, a, m. *adiect.* ex Mauritania, *inscr. Murat.* 512. 1. Præf. Mauritanorum.

Medica. *cogn.* Minervæ, *in lap.*

Medicina; æ. *pro* officina pharmacopolæ, non *pro* medici domo. Tangit enim Plautus Amph. 401. loca publica, cum ait *In palestra*, *in foro*, *in medicinis*, *in tonstrinis*.

Medius. verbum in obscenis, *Aut. priap.* per medios ibit pueros, mediasque puellas. *Catullus in ep.* Grandia te medii tenta vorare viri. *locut.* medium se gerere, *tener la parte di mezzo* *T.L.*

Medobrega. opp. in Lusitania *Hirtius*.

Medobregensis. *idem vel. Alex.*

Medullinus, a, m. *adiect.* ex opp. medulia in Latio, hinc L. Furius Medullinus *T. L.*

Mel, lis. melle dulcior *proverb.* in homines jucundos, *Cic. in or.* cujus sermo melle dulcior.

Meldubrigenses. pop. munic. in Lusitania, *ex lap. allat. a Pancir. ap. Græv. t.* 3.

Melianus, a, m. *adiect.* spectans ad Spurium Melium *T. L.*

Melior. *com. anom.* dii meliora *formul.* ad avertenda omina mala *T.L.* 9.

Melius. *comp. averb.* in malam partem, *Hor. car.* 1. quo Persæ melius perirent.

Memoria, æ. *locut.* memoriam relinquere, ex memoria aliquid deponere, memoria animum refricare, memoria aliquid complecti, in memoriam redire, memoriæ tradere, memoriam consequi *Ciceronianæ sunt*. memoriam renovare, redintegrare, delere, opprimere,

mere, obliterare, memoria aliquid exire, *Liviana*. memoria aliquid habere *Ter. And.* 1. 1. memoria tenere *Caes.*

Mendiculus. vox fictitia. Nam Cicero habet *mediastinis* in om. MSS non *mendiculis* quod nullo est in MSS ex fide Gruteri.

Menenianus, a, m. *adiect.* ad Menenium spectans, *T. L.* 2. Menenianum juditium.

Menenus, a, m. Ex Menis opp. Siciliae. *Cic. Ver.* 5. Cognoscite pactiones Menenorum.

Mens, tis. *locut.* mentem figere, & locare in aliqua re, mentibus aliquid mandare, in mentem introspicere *Cic.* alienare mentem *T. L.*

Mensarius, ii. non erat nummularius. hic enim erat minister, ille dominus, & judex. Vide *numularius*.

Mensor, ris. In lapide scriptum erat *Mensori aedificiorum* & in inscr. Mur. 525. 1. *Mensor machinarius*.

Mentio, nis. *locut.* in mentionem alicujus incidere, *Cic. Ver.* 1. mentionem habere alicujus rei *T. L.* 38. etiam in num. plur. *T. L.* 3. *d.* 1. mentiones ferentem. mentionem prosequi alicujus rei, *inscr. Murat.* 552. 2.

Mento, nis. *cogn.* C. Jul. Mentonis. *T. L.*

Mercurius. aedes Mercurii dedicata Idibus Maii post obitum Tarquinii *T. L.* 2. Deus furum credebatur, quia revera & ipse fur. Vide Homerum in hymnis, dicebatur Custos, & Augustus, inscr. Mur. & Grut.

Merda, ae. in singulari inusitatum, *Phaed.* 4. 17. Odorem cum merdis cacant.

Merenda. *cogn.* Q. Ant. Merendae Cos. *T. L.*

Meretrix, cis. meretricum *pro* meretricium. *Ter. Eun.* 5. 4.

Meritum, i. *locut.* uti meritis alicujus, *Phaed. ap.* 3. remunerare meritum *T. L.*

Messis. *pro* anno *Catullus* post nonam messem edita.

Metropolis. vocem hanc habet lapis vetus in Transilvania. Erat etiam civitas in Thessalia ita dicta, de qua *Caes. 6. c.* 3.

Metropolita, ae. *Caes. 6. c.* 3. collata fortuna metropolitarum; nempe eorum qui habitabant urbem metropolim; sive enim de urbe ita dicta, sive de matrice, latinum est.

Metus, us. *locut.* metum demere *Ter. Ad.* metum deponere, removere, excutere, levare aliquem metu, in metum adducere, in metu esse,

in metum conjicere, metu perpelli *Liviane sunt*.

Meus, a, m. Meum *pro* meorum *poeta apud Cic. de or.* Quoties exprimitur in oratione, habet fere semper irridendi vim *Phædr.* 5. 7. homo meus se in pulpito totum prosternit *Catullus ad Colon.* iste meus stupor. aliquando etiam exprimitur ad commendationem. vetus exemplum epistolæ apud Murat. p. 530. 2. ut petrus meus & similia h. e. quem amo. de meo h. e. meis sumptibus *Ter. Ad.* 1. 2. Olet unguenta de meo.

Miles, tis. Præmia militum erant summus pilus, clavarium, coronæ, boves, catellæ, fibulæ, tunicæ, latusclavus, jus connubii, vexilla, & his similia.

Millarensis colonia apud Grut. *inscr.* 321.

Millies. *pro* numero ingenti, *Catullus* millies puella euntem revocet.

Milonianus, a, m. spectans ad Milonem, ut temporibus milonianis *Cic. Att.* 9.

Mimice. vox fictitia. nam Catullus habet *murice*, cum in MSS omn. sit *murmice*, vel *murmire*. Vide criticen nostram ad Catullum Venet. 1738.

Minæ, rum. *locut.* minis perpelli, moveri. *T. L.* minas jactare, eludere *Cic.* minas exercere. *Phœdr.*

Minax, cis. verbum in obscenis *Catullus*. mentula magna minax; *Aut. priap.* Falce minax.

Minor, aris. Et hoc in obsc. *idem*. inguinibus minatur.

Minerva. dicebatur medica, Aventina &c.

Mingo, is. verbum in obscenis, *Catullus* mingeret in gremium. *adde Virgilium*.

Minutus, a m. dicitur etiam de homine statura brevi, *Propert.* 20. turba minuta puerorum.

Mirus, a, m. in pessim. partem accipitur aliquando, *Cic. de rer. resp.* o impudentiam miram! *Nec mirum* formula, cum reddebant rationem dicti, vel facti, *Catullus* Nec mirum, bene nam valetis omnes; *alibi* nec mirum, maculæ pares utrique; *in epig.* nec mirum, nam mala est bestia.

Misceo, es. *locut.* miscere cœlum, terrasque *T. L.* 4. usurpatur autem, cum de rebus liquidis præcipue sermo est, *Hor.* 2. 2. miscet vina, *Phędr.* 1. 14. miscere toxicum; *Ovid. Met.* miscere aconita.

Misereor, ris. passive *Cic. de In.*

In. 1. misereatur.

Misericordia, æ. *locut.* misericordia frangi, misericordiam impertire, concitare, misericordia adduci *Cic.* misericordia molliri *Ter. Phor.* 3. 2.

Miseritas, tis. idem ac misericordia, *Cic. ad Heren.* 23. ita opt. omn. MSS

Miseriter. Catullus non habet hanc vocem, sed *miseritus* in omn. MSS. vide criticen nostram ad Catullum Venetiis 1738.

Missus, a, m. *pro* demisso, *Phædr.* 5. 7. aulæo misso.

Missus, us. *pro* jactu, *Hirt. 6. hisp.* pilorum missu fixa multitudo.

Mitificus. adde Accium apud Cic. divin. 1. *mitificum facinus*.

Mitto, is. *pro* omitto cum infin. *Cic. p. R. Am.* mitto quærere. *pro* jacio, vide *missus*, adde & *Phed.* 1. 23. Cum fur panem misisset cani. *Misti* autem pro *misisti* Catullus ad Calvum.

Moderatus, us. *T. L.* 4. manum moderatu difficilem.

Modus, i. *locut.* in servilem modum *Cæs.* In majorem modum *Cic. Att.* 16. sic sine modo *formula*, cum aliquem a nobis expellimus, *Plaut. Ps.* 5. 2. 9. modum ponere rebus *Horat.*

Molestia, æ. *locut.* molestiam levare, augere, exhibere, depellere, capere, dimovere, minuere, molestia tabescere, liberari, expedire se *Ciceronianæ sunt*. molestiam demere *Ter. Ad.* 5. 3.

Molio, is. Senatusconsultum vetus apud Frontinum de aquæd. *Molit*.

Molior, ris. *molimur* Lucilii l. 7. non est a *molior*, sed a *molo*; ita ajo contra Nonium.

Molliter. *pro* cunctanter, *T. L.* 5. molliter, & per dilationes bellum geri.

Mollitus, a, m. *Cic.* mollitos agros relinquit.

Molo. quidam rhetor ævo Ciceronis.

Molo, is. verbum in obscenis *pro* subagitare, *Ausonius* deglubit, fellat, molitur.

Molochinarius, i. non erat infector, sed vestiarius reapse, *Plaut. Aul.* molochinarii astant. quid opus infectoribus in illis nuptiis? en *inscr. Murat.* 929. Vestiarius tenuiarius molochinarius.

Mons, tis. *locut.* montes auri polliceri *proverb.* de re ingenti *Ter. Phor.* 1. 2.

Monstro, as. monstraro *pro* monstravero *Phæd.* 6. 37.

Monstrum, i. monstri simile *proverb.* de re nova, *Cic. Ver.* 4.

& Catull. in nup. Pelei monstrum Nereides admirantes h. e. rem novam. *Monstrum* etiam est interjectio in indignatione, *Ter. Eun.* 5. 2. monstrum! etiam derisum advenit.

Morbus, i. *locut.* morbum levare *T. L.* in morbum incidere *Cic.* morbo implicari, intabescere *T. L.*

Mora, æ. *locut.* moram producere alicui rei *Ter. Andr.* eripere se moræ *Hor.* moras ponere, *idem* moram facere *T. L. & Phædr.* 4. 24. in mora esse *T. L.* moram interpollare *V. Max.* 6. moram inferre *Cæs.*

Mors, tis. *locut.* mortem occumbere, consciscere *T. L. & Cæs.* morte multari *Cic.* morte autem *pro* morti *apud Prop.* Insultet, Lygdame, morte meæ.

Mortalis. proprie, ac latine dicitur de homine misero, & infelici, *T. L.* multis mortalibus cæsis. *Cic. Ver.* 1. defendo multos mortales. *T. L.* mortales in flumine periere.

Mortuus, a, m. *T. L.* 2. mortua potestas tribunitia.

Mos, ris. *locut.* de suo more decedere, morem gerere, in more positum *Cic.* morem accipere *T. L.* mores dissolutos compescere *Phædr.* 1. 2.

Mostellarius, a, m. *dimin.* a monstrum, quod monstris scatet, hinc *mostellaria* Comedia Plauti, ubi de monstris agitur.

Motus, us. *locut.* In motu esse aliquid. *Cic. Q. Fr.* motum animi tenere in sua potestate, *idem.* motus compescere, motus excire *far sollevazioni*, motus facere *T. L.*

Moveo, es, verbum in obscenis *Catullus* penem moveto; *Juvenalis* Et luna teste moventur.

Mugellanus, a, m. *adiect.* ex mugella valle in agro Florentino, hinc L. Papirius Mugellanus *T. L.*

Mulomedicus. *Jul. Firmic.* aut mulomedicus, aut equitiarius.

Multus, a, m. verbum in obscenis *pro* impudico, qui descendit, *Catullus* multus, & pathicus. vide explicationem, & criticen nostram ibi.

Mulus, i. nunquam a latinis *pro* homine stupido usurpatum fuit. nam muli sunt sagaces. præterquamquod Catullus in opt. MSS habet *nulle* non *mule*, immo & Plauti lectio spuria.

Munda. opp. de quo Hirt. b. hisp.

Mundensis ex opp. Munda *idem.*

Mundus, i. *adde Phædr.* 4. 4. Seponit mundum muliebrem.

Mundus, a, m. superl. habet

aut.

aut. imag. in und. mundissimus fons.

Munia . *locut.* munia dedit *Horat.* 2. 2. ad munia surgit *idem.*

Municipium . Novam eruditionem de Municipiis , quæ fugit viros eruditissimos Panvinium & Sigonium , vide sis in Critice nostra ad Græv.

Murena . *nom.* L. Murenæ civ. rom.

Murgentinus , a , m . *adiect.* ex Murgentia opp. Siciliæ , *Cic. Ver.* murgentinis nihil relictum.

Mus , ris . murem parere *proverb.* in jactatores *Phædr.* 4. 22 *&* *Hor.* erat etiam cognomen P. Decii Muris.

Musca, æ. *pro* homine imbecilli, sed arroganti, *Catullus in epig. ult.* Erat etiam *cogn.* Sempronii Muscæ, *de quo V. Max. &* *inscr. Murat.* 554.

Mutionis . una ex portis Rom.

Mutius, a, m. ad Mutium spectans, *T. L. d.* 1. mutia prata.

Mutus , a , m . *pro* pavido , & exanimato, *Cic. p. d.* 1. *ad Pont.* Civitatem fractam , mutam , debilitatam. *Nam territi silent.*

Myrobrecarius. *lapis Romæ* P. Junio Dionysius lib. myrobrecarius . idq. scripsisse Plautum existimo.

Myron. duo fuerunt Myrones , unus Lycius Policleti discipulus , alter græcus Atladis discip. *Plin. & Phædr.* Myronem argento ascripserunt.

N

NAm. nam cur *pro* cur nam *Plautus.*

Narcissianus, a, m. spectans ad Narcissum, *inscr. Mur.* 902.

Nasus, i. *pro* odore, *Hor. s.* 22. Rancidum aprum antiqui laudabant, non quia nasus illis nullus erat . *Nasus* autem a græco στενάζω *ingemisco*, vel a νάσσω *fluo*.

Natalitia, æ. *Cic. Phil.* 2. dat natalitiam in hortis; ita erat in vet. MSS ut *navicularia*, *æ* ; volunt nonnulli subintelligi *cœnam* ; vide Isaacum Verburgium in notis Cicer.

Navalis. una ex portis Rom. dicta & Portuensis.

Navicularius, i. *inscr. Mur.* 984. navicularius portitor.

Navis. Erant etiam apud veteres naves tectæ , & apertæ , *T. L.* 35. 43. apertæ quidem rostratæ, quæ sine rostris, speculatoriæ dicebantur, *idem* 36. 42. erant & actuariæ , quæ XXX remis agebantur , *idem* 38. 38. & constratæ *Hirt. b. Al.* & frumentariæ *Cæs.* & orariæ, quæ oram , & litus radebant *Plin.* 10. 26. *locut.* exire de navi *translate* h. e imperium amit-

mittere, *Cic. Att.* Gubernare me tædebat, nunc cogor exire de navi. *adde* ascendere navim *Phædr.* 4. navem dissolvere *idem*. naves reficere *Cæs. b. g.* 4.

Ne. patav. lexicographi afferunt in calce hujus vocis *nemeus puer*. Sed commentum est. Nam Catullus in MSS omn. habet *meme*, & *meus*. vide criticen nostram ad Catullum, & lectionem ex MSS nostram.

Necessitas, tis. *pro* natura *Phædr.* hinc & *Cicero p. Mil.* necessaria mors *h. e.* naturalis. *Locutiones autem* necessitatem imponere *Cic. Att.* 4. 5.

Necessus, a, m. ita inflectebant veteres, en vetus SConf. ap. Mur. 565. 2. *necessa sit* &c.

Necto, is. verbum spectans ad debitores, qui obligabantur, *T. L.* 2. *d.* 1. cautum, ne nectarentur. *idem* qui nexi fuerant, creditoribus tradebantur.

Negotiatrix, cis. quæ negotiatur, *inscr. Mur.* 935. negotiatrix frumentaria.

Negotium, ii. *locut.* negotium administrare, dare, permittere, facessere, suscipere *Cic.*

Nemoricultrix. *Phædr.* 1. 24. sus nemoricultrix.

Nepesinus, a, m. ex urbe Nepet, *T. L.* 6. Nepesinis edictum. *adde lapidem* Municipibus Nepesinis.

Neptunus, i. *in quadam inscr. Mur.* 56. 1. Neptuno aquarum potenti. Præesse putabatur non solum aquis salsis, sed etiam stagnis, lacubusque, Catullus *quas liquentibus stagnis, marique vasto fert uterque Neptunus*; iccirco pro lacu, vel stagno usurpari potest.

Nequeo, is. Nequitis *Cic. so. Scip.* nequisset *T. L.*

Nequidquam. *pro* nequicquam *Catullus* in MSS omn.

Nequinum. opp. Umbriæ *T. L.* 10.

Neritanus. ex Neriti Cala. *Mur.* 839.

Nervosus, a, m. verbum in obscenis, *Catullus* foret nervosius illud, quod posset Zonam solvere virgineam, *hinc* nervus *apud Horat.* pro membro virili.

Nervus, i. *pro* laqueo, quem tendunt venatores, *Phædr. app.* 4. nervos rodendo laxat ingenia artuum. Præterea animadverte, illud Terentii *in nervum ibit* non significare *anderà in prigione*, ut patav. lexicographi explicant in calce hujus vocis, sed eandem habere vim, ac illud alterum Catonis *in nervo ætatem agunt*, ac T. Livii *nervo, ac vinculis teritent*.

tent. Nervus enim tenebat reorum caput, vincula pedes, quibus tamen pœnis in carcere cruciabantur. Hæc dico, ne putes nervum, idem atque carcerem fecisse.

Nescaniensis, ut municipium nescaniense *inscr. Grut.* 3.

Nicephorianus, a, m. adiect. spectans ad Nicephorum, *inscr. Mur.* 883. 2.

Nicomediensis. ita scriptum *in lap. vet. in Hisp.* Lapitae civitatis Nicomediensium.

Niger, i. a græco νεκρὸς *mortuus*. Mors enim dicitur nigra ab Homero, & Catullo. Erat autem *cog.* Cæcilii Nigri *Hirt. 6. Hisp.* & *cog.* Q. Pompei Nigri *idem*.

Nihilominus. Conjungitur aliquando cum *tamen*. Tamen nihilominus *Cic. fam.* 4. 13.

Nolo. nollem quæ velles *formula*, cum aliquem dissuadere volumus *Erasm.*

Nomen, nis. *pro* stirpe, & prosapia *Catullus in nupt. Mal.* non decet tam vetus sine liberis nomen esse.

Nomio, nis. *canticum*. Si vox est solius Ciceronis, fictitia est. Nam in MSS erat *munionem*.

Non. aliquando geminatur etiam interposito verbo, *Brut. Cic.* non dominationem non, sed dominium.

Nonagenarius, ii. dignitas in militia. Erat enim qui nonaginta militibus præerat, *inscr. Mur.* 810. nonagenarius Class. prætor.

Nosco, is. noratis *pro* noveratis *Cic. p. Cl.* nossemus *Mart.* 5. 19. noram *pro* noveram *Cic.*

Noster, a, m. *pro* meus, a, m. *Catullus* Cæli Lesbia nostra; *alibi* Furi, villula nostra. *noster eris* formula, cum aliquem nobis amicum facimus *Ter. Eun.* 1. 2. & *Virg. æn.* 2.

November. nomen proprium cujusdam Aristonis. *inscr. Mur.* 601. 2.

Novo, as. *pro* res novas excogitare, *Cic. Att.* 16. de his rebus, quæ novantur, omnia certa. *Novare* etiam cum accus. *pro* rebus novis studere, *T. L.* 1. *d.* 1. Turnum novantem res, pœna affecit. *Novare* etiam *pro* renovare, *T. L.* 4. *d.* 1. novat pugnam.

Novus, a, m. *sub Novis* erant quædam ædificia in foro Rom. ita dicta *T. L.* superl. *novissimus* latinissimum est, *Cic. ad Oct.* novissima conferam primis; *T. L.* 1. *d.* 1. novissimum ab Sabinis bellum ortum. *Catullus* a mari novissimo.

Nudo, as. *transl.* nudavit volun-

lun-

luntates hominum *T. L. 6. d.* 1.

Nugiger, a, m. vox fictitia, a Cicerone non usurpata. Nam in MSS omn. erat *num geram manum*, vel *num germanum*, itaque legendum esse ajo hunc inquinatissimum locum *scio te voluisse, & me; ast nunc geram manum. Fuisset, jam tempus est &c. τὸ gerere manum* tractum a naufragis, qui manibus conantur ad litus accedere; est autem *laborare*, *omnia facere*. Vide Criticem nostram ad omn. loca desperatissima Ciceronis.

Numularius, i. non erat mensarius, sed minister mensarii. patet hoc *ex Ulpiano* Foro cedunt numularii. *Et ex Suet.* numulario manus amputavit. mensarius autem erat judex, & praeerat numulariis; patet hoc *ex T. L. 7.* 21. Quinque viris creatis [quod magistratum notat Vvirum] quos mensarios appellarunt; & *ex Cicerone p. Fl.* 19. nummus moveri nullus potest, nisi quinque Praetoribus, Quaestoribus, quatuor mensariis. Erat autem inter numularios quidam gradus. Nam primus, secundus, tertius erat & sic deinceps, *lapis Romae* P. Lollio Max. numulario primo of. monet. arg.

Nunc. geminatur etiam post contextum verborum, *T. L.* 2. nunc orabant, ne se. &c. nunc monebant, ne &c.

Nuncius, i. *locut.* foedum nuncium incutere *T. L.* nuncium perferre *idem*.

Nuncupatus, a, m. vota nuncupata dicuntur, quae fiebant etiam, cum ad bellum proficiscebantur, *T. L. 4. d.* 1. Votis nuncupatis profectus citra Fidenas castra locat.

Nurscia. Dea Volsiniensium *T. L.* 7.

Nutrix, cis. est comunis generis, non feminei tantum, *Plaut. Trin.* 2. 4. agrum nutricem; *& Curc.* 2. 3. Herculem nutricem. *Horat. ad.* 1. terra nutrix leonum. *Catullus in nupt. Pel.* mammas nutrices. nutrix enim est omne id, quod nutrit.

Nutus, us. *locut.* nutum alicujus intueri *Cic. Q. Fr.* ad nutum alicujus se convertere *Cic. Fam.* annuere nutum *T. L.* ad nutum alicujus se accomodare, & fingere *Cic. or.*

Nympha, ae. *pro* aqua, *Catullus* nympha quos super inrigat. *ita omn. opt. MSS.* erat etiam nomen cujusdam feminae *inscr. Mur.* 999.

Nymphicus, i. Sacerdos Nympharum, vel erat qui Nymphis

phæis præerat , *inſcr. Mur.* 22.1.

Nymphium , i . idem ac *Nymphæum* , ita habebat vetus lapis.

Nymphius ; cogn. cujuſdam Citharædi *inſcr. Mur.* 938.

O

O *pro* V. veteres utebantur, ut molier *pro* mulier. Et *pro* i . ut ollus *pro* illus , & oleis *pro* illis apud Feſtum .

O . monentis etiam eſt , *Hor. car.* 1. o quid agis fortiter occupa portum . Et precantis *idem* o colendi, & culti date quæ precamur . Et contemnentis *Phædr.* 1. 27. o canis merito jaces.

Obligatus. obligati beneficio *T.L.* 42. 62.

Oblivio, nis. *locut.* oblivioni dare, in oblivionem venire *T.L.* oblivione extingui, in oblivionem adduci *Cic.* Oblivio erat Dea apud Romanos , cujus ara in templo Minervæ *Plutarc.*

Obnoxius. *pro* debitore pecuniæ *T.L.* 4.

Obſepio , is . translate etiam uſurpatur, *T.L.* 4. iter ad honores obſeptum plebi.

Obſidiæ, rum. non ſunt inſidiæ, ſed idem ac obſidio , *Colum.* 8. 2. ne obſidiis hominum , aut inſidioſorum animalium diripiantur.

Obſidio , nis . *locut.* obſidionem pati , ex obſidione eripere , obſidionem ſuſtinere, obſidione eximere *Livianæ ſunt.*

Obſolete . hoc poſit. a lexicog. expecto.

Obtempero, as . Imperſonaliter etiam uſurpatur, *Cic. p. Cl.* voluntati obtemperandum eſt *T. L.* 7. dictis obtemperatum.

Obtero , is . obtriſſet *pro* obtriviſſet *T.L.*

Obtingo, is. dicitur proprie de his rebus, quæ caſu, ac forte fiunt , *Cic.* Ergo id non fortuna obtigit . *Vide Criticen noſtram, ubi hunc deſperatiſſimum Ciceronis locum reſtituimus.*

Obtruncatus , a, m. *T.L.* 4. *d.* 1. cruore obtruncati reſperſus.

Occaſio , nis . *locut.* occaſionem dare , offerre *T. L.* amittere *Hirt.* dimittere, nanciſci *Cæſ.* occaſione impelli *idem* 6. *c.* 6.

Occipio. *Ita ut occepi* formula eſt in repetitione orationis *Plaut. Pœn.* 2. 1.

Occulto, as, verbum in obſcenis, *Cic. p. d. ſ.* apud ſororem occultantem ſe capite demiſſo , h. e. voran-

tem se.

Occupatio, nis. *locut.* occupatione detineri, se ab occupatione expedire *Cic. Att.* 2. & 3.

Occupo, as. *pro* sibi sumere, *Hor. car.* 4. Rectius occupat nomen beati. *pro* vi capere, & spectat ad tyrannos, *Cic. in Rul.* 2. *Phœdr.* 5. 1. Athenas occupavit imperio improbo. Occuparat *pro* occupaverat *Phœdr.* occuparis, & occupasset. *Cic.*

Occurro, is. *impersonaliter T. L.* 5. 37. ad undecimum lapidem occursum est. *passive Cæs. b. g.* 7. a nostris occurrebatur.

Occursatio, nis. est actus occurrendi obviam his, quos ambire volumus, ex Cic. p. Mil. 35. & pro Planco 12. *occursatio, & blanditia popularis.*

Occursus, us. habet & *T. L.* 5. *d.* 1. occursu hominum.

Ocium, i. *locut.* in otium venire *Cic. Att.* 1. otium terere, præbere *T. L.* otium nancisci, consumere, conterere, complecti, otio tabescere, in otio esse *Ciceronianæ sunt.* otium habere ad aliquid *Teren.* otium dare alicui *Phœd. prol.* 3. otio lascivire, gestare, luxuriari, senescere, marcescere, otio solvi *Livianæ.* otio *adverb.* h. e. sine metu, *Phœdr.* 1. 25.

Ocriculanus. a, m. *Cic. p. Milone c.* 24. ita MSS

October. *octobribus* absolute *T. L.* 5. *d.* 1. Octobribus magistratum occiperent.

Oculus, i. medicus ab oculis *inscr. Mur.* 927. idem ac ocularius, vel medicus ocularis *in inscr. Mur. ead. pag.* Carius oculis *proverbium* de re carissima, *Catullus* Si quid carius est oculis; *Ter. Adel.* Magis te quam oculos amo meos; etiam absolute *idem* Te plus, quam oculos. *Locutiones* in oculis esse, ferre, oculos retorquere *Cic.* oculos attollere, oculis perlustrari *T. L.* oculis venari *Phædr.* 4. & *Plaut.*

Odium, i. *locut.* odio ferri, *Nepos in vit. Att.* odium ponere, suscipere *T. L.* in odium irruere *Cic. Ver.*

Oduciensis. Ex Oducia opp. Hisp. Bæticæ *inscr. Mur.* 1065.

Oe. *pro* u. dicebant veteres, ut poenire *pro* punire.

Ofella. *cogn.* Q. Lucretii *Cic. Brut.*

Olearius. i. adde *insc. Mur.* 748 2. negotiator olearius.

Olens, tis. *Virg. in Cyr.* herbasque incendit olentes.

Ollarius, ii. qui ollas facit vel ex ære, vel ex alia materia,

lapis

lapis Romæ Fusor ollarius.

Ollarium, ii. ollaria erant loculi in sepulcris, ubi ollæ cum ossibus ponebantur, *Inscript. Mur.* 337. Cineraria, & ollaria; *alibi* possessionem ollariorum, & cinerariorum. *ergo ollaria aliud diversum erant, ac cineraria*; quare *inscr. altera Mur.* ollam ossuariam donavit *pag.* 917. 2.

Omnino. In principio sententiæ adde Cic. Brut. & off. i. & in Lælio, & in Cat. Majore.

Omnis. *ante omnes* h. e. præcipue, *T. L.* 4. Furere Tribuni, ante omnes Pompilius. *Omnium* interiectio indignantis *Ter. Eun.* 4. 7. subaudi *pessime*.

Onerarius, a, m. *Oneraria* absolute pro navis oneraria, *Cic. Att.* 15. In aliquam onerariam corrependum.

Onus, ris. *locut.* onus portare, & deponere h. e. fœtum *Phædr.* 3. onus vitare, imponere, levare, suscipere *Ciceroniana sunt*. onere levare *Cic.*

Opacus, a, m. translate *Catullus* barba opaca *barba folta*.

Opera, æ. *pro* culpa *Catullus* ad Passer. Tua nunc opera meæ puellæ turgent ocelli. *Opera* etiam pro homine servo, *Cic. Q. Fr.* operæ clodianæ. *locut.* operam renovare, dare, ponere, polliceri, conferre, perdere, consumare, *Ciceroniana sunt*.

Opinio, nis. *locut.* opinionem deponere, opinionem de aliquo imbibere animo, in opinionem venire, ad opinionem labi *Ciceroniana*. opinionem præbere, confirmare, habere alicujus rei *Cæs. b. g.* 3.

Opiterginus, a, m. adde inscr. Mur. 1065.

Oppius, a, m. ad Oppium spectans, ut oppia lex a C. Oppio Tr. pl. in cultum matronarum, quam dissuasit L. Valerius Tr. pl. *T. L.* 34. 8. Basilica oppia in Comitio, *Plaut. Curc. & Capitolinus*.

Ops. *locut.* opem orare, ferre, implorare *T. L. Horat.* opes evertere alicujus *Cic. agr.* 2. opem impetrare *Phæd. ap.* 1.

Optimus, a, m. etiam in malam partem usurpatur, *Catullus* o furum optime balneariorum.

Optio. *lapis in Piceno* optio in militia.

Opus. *Si quid opus* formula, cum nos paratos ad omnia esse volumus *Cic. Att.*

Orbus, a, m. Forum litibus orbum *Hor. car.* 4.

Orestæ. cogn. Aureliorum *Cic.*

Orestes cogn. Cn. Aufidii, & Claudii Cos.

Orno, as. ornarat *pro* ornaverat *Cic. p. Man.*

Organius. quidam sacerdos, de quo lapis.

Organianus, a, m. *adiect.* ut organiana sacra *in lap. allat. a Grævio ad Cic. p. Planco*.

Os, ris. *locut.* in ora hominum abire *T. L.* traduci per ora hominum, præbere os ad contumeliam, in ora omnium esse *idem*.

Osculor, ris. dictum ab *os* & *color*, quia os quasi colitur. usurpatur etiam translate *pro* magni facere, & venerari, *Cic. pro Murena* Juris scientiam tanquam filiolam osculari tuam.

Ossoniensis. inscr. Mur. 1065.

Ossuarius, a, m. *adiect.* ut olla ossuaria inscr. Mur. 917.

Ovans, tis. ovantes sine militibus urbem introibant, triumphantes cum legionibus, *T. L.* 3. *d.* 1.

Oviaricus. *Vet. Sconsult. apud Mur.* 606. 2. conductor gregum oviaricorum.

P

P olim *pro* Ph. ut triumpavit *pro* triumphavit, *in Colum. rostrata Duil.* P. puncto postposito prænomen demonstrat, ut P. Lucretius Tricipitinus, h. e. Publius Lucretius Tricipitinus.

Paesures. pop. municipales in Lusitania. *lap. allat. a Pancir. ap. Græv. t.* 3.

Pagicus. erat magister Pagi, *inscr. Mur.* 290. 1.

Pacensis. ex Pace Colonia in Hisp. *inscr. Mur.* 18. 1.

Palatius, a, m. *adiect.* spectans ad montem Palatium, & idem est ac palatinus, *Frontin. de aquæd.* In montem Palatium, Aventinumque. *ita MSS* vide Criticen nostram ad Frontinum, ubi loca desperatissima, quæ in edit. pat. intentata reliquit Jo: Poleni, nos ex Cod. Cassin. restituimus. Venet. 1741.

Palicanus, a, m. *adiect.* ex Urb. Palica Siciliæ, *hinc ap. Cic.* M. Lollius Palicanus.

Paliensis. ex Fl. Palia Hetruriæ, *Vitruvius*.

Pallantianus, a, m. *adiect.* spect. ad Pallantem, *Frontin. de Aquæd.* Post hortos pallantianos. *adde inscr. Mur.*

Pallium, i, *pro* stragula veste, *Ovidius* In lecto pallia nostra sedent. *Juvenal.* onerosaque pallia jactat.

Pallor, ris. deus, qui Romæ fanum

num habebat *T. L.* 1.

Palmaris, e. ut palmares ludi *inscr. Mur.* 619. 2.

Palus, i. *pro* membro virili, *Horatius de Priapo* porrectus ab inguine palus.

Pamphilianus, a, m. *adiect.* ad Pamphilium spectans, *inscr. Mur.* 891.

Pannonis. *com. g.* plur. pannones *inscr. Mur.* 781. 2. pannonum.

Pantheus. deus, *insc. Grut.* 6.

Pantomimus, i. pantomimus Vestalium *inscr. Mur.* 659. 2.

Papirianus, a, m. spectans ad Papirium, *inscr. Mur.* 155. 1.

Paratus, a, m. verbum in obscenis, *Catullus* penem paratum; *Ovid.* obscena parte paratus. *superl.* habet & *Cic. Att.* 11. contra paratissimos iveram.

Parco, is. etiam absolute. *Ter. Heau.* 1. 1. Laborans quærens, parcens, *Part.* parsurus habet & *T. L.* 35. 44. non periculo parsurum; & *Sever. in Act.* Solis parsura piis.

Parisiacus, a, m. adde inscr. Mur. 1066. *Parisiaci nautæ.*

Parma, æ. scutum breve, quo non solum pedites, sed etiam equites utebantur, *T. L.* per Parmam uterque transfixus ex equis lapsi sunt; *idem* 2. desiliunt ex equis, parmas objiciunt.

Paro, as, parare se *Ter. Hec.* & *Cic. Att.* 2. pararis *pro* paraveris *Hor.* 2. 2. cum infin. *T. L.* 1. quid paras facere?

Pars, tis. *locut.* in optimam partem accipere *Cic. Att.* in bonas partes accipere *Phædr.* 2. parti autem pro parte *in tab. ærea* de majose parti Consilii.

Parturio, ris. Parturibat *Phædr.* 4. 22.

Partus, us. *locut.* partu laborare *inscr. Mur.* 15. 1. Junoni Lucinæ pro filia partu laborante.

Parum. *adverb.* parum est, si &c. *T. L.* 6.

Parvulus, i. *pro* infanti, *Ter. Eun.* 5. 2. Nutricem accersitum iit, quæ illam aluit parvulam.

Parvus, a, m. rerum parvarum eventus *T. L.* 10.

Pastillarius, i. qui pastillos faciebat, vendebatque, *inscrip. Murat.* 527. 1. Coll. Pastillariorum.

Pastor, ris. absolute, & per excell. pro Paride dicitur, *Horat. car.* 1. Pastor cum traheret; *h. e. Paris.* Pastor quoque fuit cognomen cujusdam hominis, *inscr. Mur.* 334. 1.

Patavium. nomen propr. cujusdam plebei *apud Sueton.*

Pa-

Patens, tis, verbum in obscenis, *aut. priap.* porta te faciet patentiore. *Catullus* patente porta h. e. *clune aperto*.

Pater, tris, *transl. pro* eo, qui caput, & princeps in aliqua re, tam in bonam, quam in malam partem, *Catullus* pater esuritionum *; alibi* facetiarum pater.

Patriciensis. inscr. Mur. 106. 7.

Patrous, a, m., vox fictitia a nemine usurpata. Nam Catullus in omn. MSS. habet *patrona*, non *patroa*, vide criticen nostram in Catullum contra Vulpium, cæterosque criticos omnes. Venet, 1738.

Patruinus, a, m, idem ac patruelis, *lapis allat. ab Aldo Man. in ort.* Cocceius patruinus,

Pauculus. pauculis mensibus *Cic. Ver*, 4.

Paveo es, cum dat. *Ter. Phor*, 1. 4, mihi paveo.

Pavimentarius, ii. qui pavimenta sternebat, *inscr. Mur.* 527. 1, Colleg. pavimentariorum.

Paulinula. *dimin.* a Paulina *insc. Mur.* 103. 1.

Pausa, æ. & *Enn. ap. Macr. in sc.* Ventis pausam dedit,

Pausatio, nis. *pro* morte. post nostram pausationem *insc. Murat.* 381. 1.

Pax, cis. *locut.* pacem constituere *Cic. Q. Fr.* pacem redintegrare, exposcere, impetrare, dare, *Livianæ sunt*. pacem facere cum aliquo *V. Max.* 33. petere, confirmare, redimere *Cæs. b. g.*

Pecudifer, a, m. qui fert pecora, *inscr.* Mur. 70. 1. Pecudifero Silvano.

Pecuinus, a, m. adde *Cat. de r. r.* 132. daps assaria pecuina.

Pecunia, æ. nomine pecuniæ veniunt res omnes exceptis sacris *Cic. Verr.*

Pecus, dis. *locut.* carpere pecus *translate* dictum a Propertio 2. 13. *pro* aliquem emungere.

Pectorosus, a, m. *pro* eo, qui pectorali munitus est, *Aut. in priap.* Nemo est feroci pectorosior Marte. Nisi forte explices, ut idem sit, atque audacior, ac fortior, dictum translate.

Peculiaris. qui præest peculio, *inscr. Mur.* 892. verna peculiaris.

Pegasus. *pegasos* habet Cicero.

Peltuinus, a, m. ordo Peltuinorum, inscr. Mur. 1067. Colon. in Vestinis.

Peltuinas, tis. idem ac peltuinus *inscr. Mur.* 1067.

Penates. alii erant publici, alii privati *T. L.* 45. 24. ædes Pena-

natium in Velia *T. L.* 45. 16.

Pentri. pop. Samnii *T. L.* 9. Bovianum caput Pentrorum.

Penula. *cogn.* M. Centenii Penulæ *T. L.* 5.

Penularius, ii. qui penulas conficiebat, *lapis Puteoli* diis Manibus Cn. Coſſutio Penulario. *adde inſc.* Mur. 907. 2. ſemper ſcribitur cum *æ*.

Per. adverbium, quod addit vim verbis, quibuſcum jungitur, ex græcis, Homer. περικαλλὴς *perpulcræ*; Iſocrat. περιχαρὴς *valde lætus*.

Peræa. colonia Mitylenorum *T. L.* 37. 21.

Perago, is. verbum in obſcenis, *Aut. priap.* quæ quot nocte viros peregit una.

Perambulo, as. verbum in obſcenis translate dictum *pro* inceſtare, *Catullus ad Cæſ.* perambulabis omnium cubilia.

Perdo, is. *locut.* perdere omnia *in proverb.* abjit, *Catullus* perdidiſtis omnia *Cic.* Lepidus perdere omnia concupiſſet *T. L.* pereundi, perdendique omnia.

Peregrinus. translate etiam uſurpatur, *Cic. de or.* 1. peregrinum in dicendo. *Quære peregrinum* formula eſt cum alicui juranti credere nolumus, *Horat. ep.* 17.

Perfero, ers. abſolute *pro* legem, vel rogationem ferre, *T. L.* 6. de decemviris creandis pertulere.

Perficio, is. eleganter cum adverbio *profecto* conjungitur, *Cic. Cat.* 2. Illud profecto perficiam; & *Cic. Att.* 8. & alibi.

Perfugium, i. *locut.* perfugium præbere rebus adverſis *Cic. p. Arch.*

Periculum, i. *locut.* periculum declinare, periculum alicui creare, parturire, e periculis eripere, periculum depellere, propulſare, in periculum vocare, periculum intendere, periculum alicui faceſſere, avertere, *Ciceronianæ ſunt*. periculum contrahere, in periculum eſſe, venire, periculum adire, extra periculum eſſe, periculo parcere *Livianæ*. In periculum rem adducere, periculum vitare, æquare, effugere, recuſare *Cæſ.* periculum concitare, avertere *Phædr.* 3. 3.

Permarinus, a, m. *T. L.* permarinum *pro* permarinorum dixit.

Permulceo, es. *pro* leviter tango, T. *L.* 5. barbam permulcenti iram moviſſe.

Pernicies, ei. etiam transl. uſurpatur, *Catullus* Vini pernicies.

Per-

Perniciosus, a, m. adde superl. *Cic. p. Cl.* perniciosissima flamma; & *Q. Fr.* perniciosissimis legibus.

Pernix, cis. adde superl. *T. L.* 44. 34. pernicissimum corpus habent.

Peroro, as. peroraro *pro* peroravero *Cic. p. Cl.*

Perpascor, ris. *dep.* 3. idem ac perpasco *Sever. Aetn.* perpascitur agros.

Perpetior, ris, *pro* sino, *Catullus ad Manl.* Neque Venus requiescere in lecto Cælibe perpetitur.

Perrhæbia. urbs Perrhæbiorum in Maced. *T. L.* 36.

Perseis. urbs in Maced. *T. L.* 39. 54.

Persidicus, a, m. *adiect.* idem ac persicus, *inscr. Murat.* 377. 1. Persidici Mythræ.

Pertinacia, æ. *locut.* in pertinacia manere *T. L.*

Pertundo, is. verbum in obscenis, *Catullus* pertundo tunicamque, palliumque; hinc dea *Pertunda*, quæ maritis in Venerem sudantibus præerat.

Pervigilo, as. verbum in obscenis *pro* Veneri indulgere, *Catullus* abjectis pervigilat tunicis. *Tibullus* pervigilare dies, hinc *pervigilium Veneris*.

Pes, dis. *locut.* pedem ponere *Cic. Att.* pellere terram pede h. e. saltare *Horat.* ad pedes alicujus se provolvere *T. L.* ad pedes se abjicere *Cic.* quatere terram altero pede h. e. saltare *Horat.* pede presso, dicitur de milite pugnante, *Hirt. b. hisp.* manibus, pedibusque omnia facere, *pro* enixe tentare *Ter. And.* 1. 1. pedem nunquam; *subaudi* discedit.

Pescenianus, a, m. ad Pescenium spectans *Sp. in Pesc. Nig.* domus pesceniana.

Pessimus, a, m. *pessime* & *pessima* interjectio indignantis est, *Ter. Eun.* 5. 7. Quid dixti pessima? Aliquando in bonam partem exprimitur, itaque blandientis pene est, *Catullus* Camerium mihi, pessimæ puellæ. & *in annal. Volus.* Et hoc pessima se puella vidit se lepide vovere.

Petilinus a, m. Respub. Petilinorum *lapis*.

Peto, is. verbum in obscenis, *Catullus ad Juliam* quæ tuus vir petet, cave, ne neges; *Virgilius* malo me Galatea petit.

Petronianus, a, m. *spectans ad* Petronium, *inscr. Mur.* 5. 1.

Phaleræ. phaleris milites donabantur *T. L.*

Pharitæ, rum. pop. ex Pharo, *Hirt.*

Hirt. b. Alex. omnes pharitæ terga verterunt.

Philippianus, a, m. spectans ad Philippum, *lapis* in cohortibus philippiani decem; *adde inscr. Mur.* 362. 1.

Philo. architectus, qui armamentarium Atheniensibus fecit, *Cic. de or.* 1.

Philo. cogn. gentis Veturiæ.

Philus. cogn. gentis Furiæ *Cic. Brut.*

Phorphorus. cognomen roman. *lapis in hortis* Medic.

Phryges. *Sev. Aetn.* suos Phrigas.

Picarius, a, m. qui pice negotiabatur, *Cic. Brut.* at in *quibusd.* MSS quæ picearias redimisset.

Picentes. iidem ac Piceni. *insc.* Mur. 1067.

Pignus, ris. a græco παίγνιον *delicium* pro re clara, hinc filii pignora dicuntur.

Pileatus, a, m. *pileati fratres* vocabantur Castor, & Pollux, *Catullus* a pileatis nona fratribus pila.

Pilus, i. *pro* capillo etiam *Phæd.* 5. 6. Calvus defectus pilis.

Pinus. arbor sacra Dianæ *Horat. car.* 3.

Pisanus, a, m. ut pisana civitas *insc.* Mur. 1070.

Piscinarius, a, m. *adiect.* ut *via piscinaria*, ubi pisces vendebantur, *lapis Romæ*.

Pisonianus, a, m. *adiect.* spectans ad Pisonem, *Cic. de or.* cum illius Pisoniani, Gabinianique temporibus.

Pistoriensis. *Jul. Obs.* In agro pistoriensi.

Pistrilla, æ. non erat mola trusatilis, sed pistrinum ipsum, vel pistrina, *Ter. Ad.* 4. 2. apud ipsum lacum est pistrilla h. e. pistrinum ex his, quæ sequuntur.

Placeo, es. *Non placet* formula, cum dissuademus. *Nunc places* formula, cum probamus, *Plaut*

Plaga, æ. a græco πλαγά doricе *plaga*, *vulnus*.

Planitia, æ. *locut.* in planitiam redigere aliquid. *lapis vet.*

Plautillus. dimin. a Plautus, hinc Aurelia Plautilla *inscr. Mur.* 29. 1.

Plebes, is. idem ac plebs, is. *Cic. Brut. T. L.*

Plenus, a, m. *manus plena* h. e. aperta *apud Tibull.* 6. 1. Janua plena est percutienda manu.

Pletorianus, a, m. *adiect.* ad Pletorium spectans Mur. 997.

Ploro, as. *pro* imploro, *Festus ad leg. vet.* sei nurus plorasit sacra.

Pluma, æ. pluma facilius moveri *proverb.* in hominem in-

constantem *Cic. Att.* 8.

Plumbum, i. villicus a plumbo *inscr.* Mur. 951.

Pluto, nis. Filius Fortunæ *Phædr.* 4. 11.

Pœna, æ. *locut.* pœnam sustinere, subire, pendere, proponere, dare, persequi ab aliquo, expetere, ad pœnam rapi, pœnam alicui constituere, pœnam effugere *Ciceronianæ sunt.* pœnas dare, irrogare *Livianæ.* pęnam oppetere, persolvere, pęnam in se repræsentare, h. e. de se sumere *Phædr.* 3. 10. pęnas repetere *Cæs.*

Poenus. cogn. Quintiorum *T. L.*

Poetavionensis ex Poetavio Germaniæ in Stiria *insc. Mur.* 1070.

Poetria, æ. *pro* poesis, *Cic. de In.* 1. philosophiæ, poetriæ, geometriæ, *nisi forte vitiosa est lectio.*

Polliceor, ris. *locut.* ingentia polliceri *T. L.*

Polyenus. mathematicus insignis *Cic. Acad.* 2.

Polyxenis, xenidos. adiect. *T. L.* 37. 28. occupare fauces polyxenidas in animo habebat.

Pomifer, a, m. *adiect.* qui fert poma, *inscr. Mur.* 70. 1. Pomifero Silvano.

Pomptinus, a, m. *adiect. T. L.* 4. pomptinum agrum. *in Latio.*

Pono, is. verbum de rebus sacris usitatum, *aut. priap.* mihi corolla ponitur; *Propert.* Veneri ponere vota juvat; *Horat.* mihi cespitem, thuraque ponite; *Tibull.* Libatum agricolæ ponitur ante deo. *posivit* autem *pro* posuit, est in *Column. Rostr. Duill.* & posierunt *pro* posuerunt *inscr. Mur.* 1066.

Pontifex, cis. Pontifices Maximi merum imperium non habebant. *vide criticen nostram ad Grævinm.*

Pontificalis. pontificalia insignia *T. L.* 1.

Pontificiensis. *lapis apud Grut.* 458.

Poplus, i. per sync. *pro* populus *poplom* in Col. rostr. Duillii. & *Catullus* ad Januam.

Populus, i. arbor Herculi sacra *Phædr.*

Porcus, i. animal erat in delitiis Romanorum, *Horat. c.* 3. cras genium mero curabis, & porco bimestri.

Porrigo, is. porgite *pro* porrigite *Virg. Aen.* 8.

Porro. aliquando cum *autem* conjungitur, *Ter. Eun.* 3. 5. Metuo fratrem, ne intus siet, porro autem, ne pater redierit.

Porta, æ. verbum in obscenis *pro*

pro clune, *aut.priap.* porta te faciet patentiore ; *Catullus* patente porta percurrent raphanique, mugilesque . *vide Critic. nost. ad Catull. contra Vulpium Veneriis* 1738.

Portentum, i. *pro* homine malo *Cic.p.d.s.* o cęnum, o portentum, o scelus!

Porticus, us. porticuum in gen. plur. *lap.Rom. in æd.D.Celsii.*

Porto, as. *pro* affero, & portendo, *Propert.* 4. 7. Ne portent visa timores.

Positus, a, m. *pro* stans, *T.L.* positus Horatius in statione pontis.

Possessio, nis. *locut.* de possessione deturbare *Cic.* possessionem alicui cedere *T. L.* in possessionem mittere *Cic.*

Possum, es. possitur *pro* possit, & possetur *in leg. vet.*

Posterula, æ. una ex portis Rom. dicta & Turrionis.

Potatus, a, m. *translate* pro re valde considerata. *Cic. Tusc.* 5. ista Stoicorum magis gustata, quam potata delectant.

Potentinus, a, m. ex Potentia urbe Lucaniæ *insc. Mur.* 1073.

Potestas, tis. *locut.* potestatem præcidere *Cic. Brut.* adimere *T.L.* eripere *Cic.* in potestatem venire *Cic.* potestatem facere *T.L.* in potestatem redigere *Cæs.* iu potestatem, vel potestati se permittere *Cæs.*

Potis. *pro* pote, *Catullus* qui potis est? h.e. quomodo hoc potest esse. *Lucretius* nec potis est cerni, quod &c. *Potis* autem nunquam usurpatum fuit pro numero plurali. Nam *potis* in Plauto, & aliis est pro *potes* ἀρχαϊκῶς.

Potitor, ris. qui potitur, *Val. Max.* 3. 2. 20. Hannibalem spe sua Capuæ potitorem.

Poto, as. potasti *pro* potavisti *Aut. in Mac. ob.*

Præbitus, a, m. *T. L.* 3. Urbi præbitus terror.

Præcapio, is. *pro* antecapio, *T.L.* 36.16. Ipse Piræum præcepit, accepitque; *T.L.* 38.10. præcapere animo futuram pugnam.

Prædives, tis. adde *T.L.* 4. *d.i.* Sp. Melius prædives.

Prægustator, oris. erat Romæ collegium prægustatorum, *inscr. Mur.* 528. Coll. prægustator.

Præcipito, as, *pro* simpl. descende, *Ter. Adel.* 4. 2. clivus est deorsum, hac te præcipitato. postea est ad hanc manum &c. usurpatur etiam *pro* esse desino *Cic. de harusp. resp.* præcipitantis tribunatus.

Præco, nis. Præcones erant Consulum, Curatorum, aquarum,

Cur. Annonæ, & Dialium; *ex T.L. & Front. & Macrob.* ſtabant autem in atriis Liciniis cum tibicinibus *T. L.*

Prælium, ii. *locut.* prælio defungi, prælium ciere, renovare, committere, reſtituere, inire *Livianæ ſunt*. prælium intermittere *Cæſ.* ſe ad prælium expedire *T. L.*

Præmaturus, a, m. *T. L.* 2. prematura feſtinatio.

Præmetuo. premetuens doli *Phædr.* 1.16.

Præmium, ii. *locut.* præmium proponere, præmio affici *Cic.* præmium tribuere *Nepos* præmium ponere *Phædr. & Virg.* reddere *Phædr.*

Præmonitus. adde *T. L.* 10. præmonitis militibus.

Præſepe. proprie eſt quivis locus clauſus, porro eſt ubi ſtabulabantur animalia *ita Nonius*.

Præſidium, ii. *locut.* præſidium ponere in aliqua re *Cæſ.* præſidium ferre *Cic. Brut.* præſidio muniri *Cic.*

Præterea. aliquando cum *autem* ponitur, *Ter. Adelph.* 4.2.2. præterea autem dum illum quæro.

Prætereo, is. præteribitur *Cic. de In.*

Prætextus, a, m. prætexta pubes *pro* prætextata *Auſon. in præf.* 19.

Prætexta. purpura non erat ad limbum. *vide Criticen noſtram ad Græv. tom. 6.*

Pranſito, as. ſignificat etiam in prandio comedere, *Plaut. Aſ.* 1.1.20. polentam pranſitant?

Pranſus, a, m. nunquam veteres vocarunt pranſos, quibus nihil deerat. Nam Cato in Orig. *exercitum ſuum pranſum & paratum* cum dicit, intelligit revera pranſos, potoſque. Nam milites poſtquam pranſi erant, paratos ſe ad pugnam oſtendebant, *en Livius* 28. 14. Teſſeram per caſtra dedit, ut ante lucem viri, equique pranſi eſſent.

Praxiteles. artifex præſtantiſs. in ſtat. marmor. *Phædr.* 5. *prol.* Si marmori adſcripſerunt Praxitelem ſuo.

Prehenſo, as. prehenſabant etiam romani ad petendam opem, *T. L.* 3. *d.* 1. prenſare homines cæpit, & non orare ſolum precariam opem &c.

Primillus, a, m. dimin. a primus *inſcr. Mur.*

Primus, a, m. primus civitatis *Cic. Ver.* 5. a primo h. e. a principio adde *Ter. Phor.* 4. 2.

Princeps. nom. prop. cujuſdam tibicinis apud *Phædr.* 5. 7. & nom. grammatici apud *Suet. de ill. gram.*

Pri-

Priscillus, a, m. *dimin.* a priscus *inscr.* Mur. 47.

Priscillianus, a, m. inscrip. Murat. 60.

Privatus, a, m. in privato h. e. clam *T. L.* 2. consilia in privato habere.

Pro. in compositione significat *extra*, ut proripio, & prorepo.

Proclianus, a, m. spectans ad Proclum *insc.* Mur. 330.

Proculejanus, a, m. spectans ad Proculejum, *insc.* Mur. 1036.

Profanatus, a, m. *T. L.* 3. profanatis omnibus.

Profector, ris, *Ter.* 5. Voluptatum inventor, incæptor, profector, *nisi forte vitiosa est lectio*.

Proflamen, nis. *insc.* Mur. 341.

Profligatus, a, m. pro eo, quod prope absolutum est, *lapis Ancyræ* cœpta, profligataque opera a patre meo perfeci.

Prolapsus. *translat.* rem prolapsam negligentia restituit, *T. L.* 2. *d.* 1.

Promagister. adde inscr. Murat. 1019.

Promissum, i. *locut.* promissa perficere *Ter. Andr.* 3. 1.

Promitto, is. promisti *pro* promisisti *Catullus* & promisse *pro* promisisse *idem in ep.*

Promoveo, es, promorat *pro* promoverat *Phædr.* 4. 24.

Pronuncio, as. *pro* considerate aliquid statuere *T. L.* 4. *d.* 1. pronunciaverunt ex Collegii sententia.

Propero, as. properare *pro* properavere *Catullus Com. Ber.*

Propositum, i. *ad propositum* absolute dictum, subaudi *redire*; *Cic. Att.* 14. 1. sed ad propositum. *locut.* autem sunt hæc, propositi ordinem exequi *Phædr.* 4. 20. propositum mutare *idem prol.* 3. in proposito perseverare *T. L.* & *Val. Max.* a proposito aberrare *Cic. Fam.* a proposito deterrere *Cæs.*

Prorepo, is. *pro* extra repo, *Phædr. ap.* 3. prorepere ex angulo; *ita explica* Horatium *l.* 1. *sat.* 3. & Columellam.

Proripio, is. *pro* extra rapio, *T. L.* 8. proripere se ex aliquo loco.

Prosequor, ris. *pro* loqui, *Phæd.* 3. 5. assem dedit sic prosecutus, plus non habeo.

Prosto, a. est a *pro* & *ostium*; nam meretrices ante ostium stabant, sedebantve.

Protervus, a, m. in bonam partem, *Hor. car.* 3. protervo cruda marito.

Protinus. pro post cum ac. ad continuationem rei, *Suet. Cæs.* 38. protinus virilem togam, latum clavum induere permisit.

Pro-

Proturbo, as. *pro* deorsum turbo, *T. L.* 5. alii proturbare hostes, ruinaque tota prolapsa acies in præceps deferri.

Proxime. cum accus. *Cic. p. Mil.* proxime deos. *ita* MSS, quod & Priscianus docet.

Prudentia, æ. *pro* scientia habet *Phædr.* 1. 14.

Prurio, is. verbum in obscenis. Nam prurire cum aliqua *est* eam subagitare, *Catullus* cum matre, atque sorore prurit.

Pruriosus, a, m. *aut. priap.* pruriosa discedit.

Prusiensis. ex Prussia in Bithynia *insc.* Mur. 1074.

Prytanis. *T. L.* 2. pritanim ipsi vocant.

Ptolemæius, a, m. spectans ad Ptolemæum *Cic. Fin.* 4. Ptolemeium gymnasium.

Pubes. nunquam in singulari recto *puber*. nam spuria est lectio in Catullo, vide criticen nostram ibi.

Pubescens. *T. L.* 8. 8. flos juvenum pubescentium.

Pudens. *cogn.* apud Mur. 16.

Pudentinus. *dim.* a pudens *Mur.* 46.

Pudicitia. dea habita a Rom. alia patricia, alia plebeia; ædes patriciæ in foro Boario, ædes plebeiæ in Vico Longo a Virginia dedicata *T. L.* 10.

Puellasco, is. non significat *effeminor*, sed *puerasco* vel *repuerasco*. Varro apud Non. 2. 657. *etiam veteres puellascunt*.

Puellitor, aris. non significat rem Veneris habere, sed trusare, h. e. rem Veneris male agere, ut puer solebat, de quo Catullus *deprendi modo pupulum puellæ trusantem*. Lab. apud Non. *Quæ deliritas vos suppolitores facit cum cano eugio puellitarier?*

Puer, ris. a pueris excedere *Cic. p. Arch.*

Pugillariarius, ii. qui pugillaria vendebat; *insc. Mur.* 984.

Pugna, æ. *locut.* pugnam restituere, capescere, inire, ciere, integrare, detrectare, novare, iterare, pugnare, proponere *Livianę sunt*.

Pugno, as. pugnarunt *pro* pugnaverunt *Cic.* pugnasset *T. L.*

Pulcher, a, m. a græco πολύς *multus*, & χροιὰ *color*. Erat autem *cogn.* Clodii, de quo Catullus in Ep.

Pulcre. *adver.* in malam partem *pro* callide, *Phædr.* 1. x. Credo surripuisse, quod pulcre negas.

Pullarius, ii. qui gallinas emit, venditque *lap. Rom. ad camp. Floræ* Hentianus Karissimo nego-

gotiat. pullario.

Pullatus, a, m. non eſt atratus, neque pullati proceres apud Juvenalem dicti, quia in rebus mæſtis pulla veſte uterentur, quod falſum eſt, ſed quia proceres in rebus mæſtis deponebant nobiliores veſtes, & ſumebant plebejas. Pulla enim veſtis erat potiſſimum plebis. Nam color togæ romanorum erat pullus, non albus, ut probo contra Ferrarium ad tom. *6.* Grævii

Pulvinus, i. erat etiam pulvinus lecti, & cubilis, *Catullus ad Flavium* pulvinus hic & ille attritus, tremulique quaſſa lecti argutatio.

Pulvillus, *cogn.* M. Horatii Pulvilli. *T. L.*

Pulvis, ris. nunquam *pulvis* in genitivo uſurpatum fuit ab antiquis. Nam *pulvis* in Catullo eſt ſpuria lectio; vide criticen noſtram ibi. *Pulvis* autem translate dictum a Cic. de or. 1. *pulvis forenſis*.

Pumex, cis. Nemo ſcriptorum hac voce uſus eſt in femineo genere. Nam Catullus habet *arido* in omn. opt. MSS & Aut. priap. habet *putris pumex* in MSS *s* extrita, non *putra* ex ingenio Voſſii.

Purgo, as. abſolute *pro* excuſare ſe. *T. L.* 1. *d.* 1. *c.* 7. primum purgando terunt tempus. adde *d.* 5. *c.* 9.

Purpureo, nis. *cogn.* L. Furii Præt. & Coſ. *T. L.* 34. 53.

Puſillus, a, m. *pro* vili, & abjecto, *Catullus ad Contub.* puſilli, & ſemitarii mœchi.

Puſtula, æ. *Tibull.* 3. 2. puſtula rupta.

Puto, as. verbum eſt in obſcenis pro eo, quod dicit Catullus *ſicula mea cecidi.* hinc *præputium*, & *ſaliputium* deducta.

Pyra. locus, ubi Hercules ſepultus fuit *T. L.* 36. 30.

Pyramis, dis. verbum in obſcenis *pro* membro virili, *aut. priap.* tenta pyramis.

Pythicus, a, m. *adde T. L. l.* 5. *c.* 9. ſortes oraculi pythici expectandas.

Q

Q. puncto poſtpoſito prænomen ſignificat, ut Q. Fabius Max. h. e. Quintus Fabius Maximus.

Quadratus, a, m. vicus quadratus, de quo *lapis Romæ* Cur. Vici Quadrati.

Quadrigæ, rum. quadrigarum uſus præcipue in triumphis, & in factionibus in Circo.

Qua-

Quadrum, i. dicitur etiam de portiuncula in hortis, *Virg. ros.* per quadra, & compita in hortis ⇄ errabam riguis.

Quam. cum superl. a græco, *Isoc.* *ὡς κάκιστα quam pessime.*

Quater. *pro* sæpius, *Tibullus ad Priap.* & *alibi.*

Quæso. concedentis etiam est, *Tibullus* quæso segnis, inerque vocer.

Quæstor, ris. primi quæstores idem erant ac IIviri Perduelionis ex T. L. quem affero contra Manutium ad Grævium tom. 2.

Quæstus, us. *locut.* in quæstum aliquid conferre, quæstum sibi instituere *Cic.* quæstum factitare *V.Max.* quæstus spurcus *lapis.*

Queo. *Ter. And.* 3. 4. non quivi hæc intelligere; & 4. 1. quivit & 4. 6. quimus.

Qui. *pro* cui apud Frontinum de aquæd. *ita MSS*

Quid. adverbialiter dictum *pro* tantillum *Ter. And.* 4. 1. Nisi quid dii respiciunt.

Quidam. *formula*, cum de ignoto loquimur, *Phædr.* quidam Atticus. *Nepos* Argelius quidam; & *alii.*

Quiesco, is. quiessent *Cic. T. L. Horat.*

Quiete. *adverb.* comp. *quietius* in vet. SConsulto apud Murat. *600.*

Quinctianus, a, m. ad Quintium spectans, *T. L.* 3. a Quinctiano exercitu; *Cic.* Quinctiana judicia.

Quinctilius. amicus Virgilii poetæ *Hor. carm.* 1.

Quintanensis. ex Quintanis in Latio, *lap. allat. a Fabr. t.* 4. *Græv.* Arcario Reip. Lavicanorum Quintanensium.

Quirinus, i. ædem Quirini dedicavit Carvilius *T. L.* 10. *d.* 1. *c.* 32.

Quiritatus, us. Habet liquide etiam *V. Max.* 6. 2. 8.

Quis, quæ, quod. quis *pro* uter, *Phœdr.* 1. 24. Quæsivit, quis major. & *Virg. æn.* quis etiam *pro* queis vel quibus apud veteres, & qui *pro* quis, *Phædr.* 3. 13. de quis nunc agitur.

Quidquid *pro* utcumque, *Catullus ad Caton.* quidquid amas, Cato, Catullum.

Quoius. quoium nomen *in fragm. leg. Serviliæ.*

Quod. vox neutra eleganter accomodatur ad quamvis rem, & personam, vel masculini, vel feminei generis, *Frontinus de aquæd.* Ad fistulas, quod. *ita MSS* & alias sæpe. vide loca desperatissima Frontini a nobis ex MSS Cassinensi restituta, quæ intentata reliquerat Ioannes Poleni

in

in Gymn. Patav. Math. Professs.

Quotidianus, a, m. febris quotidiana *Ter. Hecy.* 3. 2.

R

Radix, cis. *pro* causa, & origo, *Cic. Tusc.* 4. Hunc erorem quasi radicem omnium malorum.

Ratio, nis. *locut.* nulla est ratio facere aliquid h. e. stultum est facere aliquid *Cic. p. Cæcin.*

Ravenas, tis. *adiect.* In classe ravenate *lapis Aquileiæ*. cum uno tantum *n*.

Reatus, a, m. idem ac reatinus *insc. Mur.* 1088. Ch. 1. Reatorum.

Recipio, is. recepso *pro* recepero *Catullus ad Fundum*.

Recito, as. *recita* formula in judiciis *Cic.*

Recte. nunquam pro *nihil* usurpatum fuit a veteribus. Nam illud Terentii Eunuc. *recte inquit abeo* significat *recta via abeo*. *Nihil* enim maxime dicebant veteres, *en Phæd.* 3. 7. Unde hoc amice? nihil est. Dic quæso tamen. *&* *Ter. Ter. And.* quid est? nihil.

Recupero, as. recuperarim, & recuperarit *pro* recuperaverit, *Cic.* recuperasse, & recuperassent *T. L.*

Redintegratus. *adde T. L.* 35. 5. redintegrata pugna, & *l.* 1. *d.* 2. pace redintegrata.

Reddo, is. *redde* formula, cum nostra ablata repetimus, *Plautus* redde pallium; *alibi* redde aurum. Eleganter etiam iteratur, *Plaut.* Redde fœnus fœnus redde; *Catullus* redde codicillos, redde putida mœcha codicillos, *Ovid.* redde meũ clamant &c. redde meum.

Refercio. cum ablat. cum præp. de *Cic. de or.* Cur de proœmiis, & epilogis referti essent eorum libri.

Reficio, is. verbum spectans maxime ad creationem Tribunorum *T. L. l.* 6. *d.* 1. reficiente duos tribunos. *ibidem* Tribunos plebis refectos. *ibidem*. Sub conditione inquit reficietis tribunos. *ibidem*. refecti decimum tribuni. *Cic.* legem de tribunis reficiendis.

Refragium, ii. idem ac repugnatio, *Hegesip.* 5. 27. gubernator obliquat velorum sinus, & sine refragio scinditur fretum.

Refrigeratus, a, m. translate, *Cic. Fam.* refrigerato hominum sermone.

Regalis. ex Regali villa Galliæ

Regillensis. ex lacu Regillo in Latio, hinc *cogn.* A. & L. & P. Postumiorum Regillensium.

Reginensis. ex Regina opp. Emeritæ, *insc.* Mur. 1075.

Regiostabacenses. popul. in Dacia *insc.* Mur. 1076.

Reius, a, m. Colonia Reiorum Apollinarium *lapis Nemausi*. in Gallia Narbonen.

Relator, ris. *adde insc.* Mur: 902. relator auctionum. qui cantabat pretium rerum, vel qui referebat in tabulas.

Religo, as. nemo veterum pro *solvere* usurpavit. Nam Catullus utroque loco pro *ligare* usurpatum voluit, quod quæso æstima. Nam *de Aty* Cybele primum solvit juga illis verbis *juga resolvens*, deinde soluta religavit. In carmine autem *de nupt. Pel.* ait: *Utinam ferens stipendia tauro = non religasset funem perfidus* h.e. non ligasset. Si enim non ligavisset funem, non attulisset stipendia tauro. Vide Criticen nostram *ibi*. *Venet.* 1738.

Remitto. *locut.* remittere se *pro* placari omnino, Cic. Att. 10. non modo me placabilem præbuissem, sed totum remisissem.

Remixtus, a, m. *transl.* ut remixto carmine tibiis *Horat. c.* 4.

Remoror, aris, *pro* cunctari *Catull.* perge, nec remorare.

Removeo. remorant *pro* removerant. *Horat.*

Renatus, a, m. translate etiam usurpat *T.L.* 9. renatum bellum.

Renideo. *transl.* est leviter ridere, *Catullus* renidet usquequaque.

Renuncio, as. renuntiarunt, & renunciassent *pro* renunciavissent *T.L.*

Repentinus, a, m. repentina auxilia subitarios milites appellabant *ex T.L.* 3.

Repudio, as. repudiasset *Val. Max.* repudiarit *pro* repudiaverit *Cic.*

Repudium, ii. in repudio formula hæc erat *conditione tua non utor*.

Requiesco, is. requierant *pro* requieverant *Catullus*.

Res, rei. *locut.* rem expedire, transigere, augere *Cic. T. L.* In re *pro* revera *T.L.* Quid enim in re est, si plebeiam patricius duxerit? In re *pro* in facultate. *Cic. p. R. Am.* Qui in sua re fuisset egentissimus. Res *pro* Respublica, *T.L.* 6. majores nostri maximam hanc rem fecerunt.

Reservo, as. *locut.* reservare se aliis temporibus *Cic. p. Planc.*

Re-

Residuus, a, m. residui *pro* reliqui, *T. L.* 4. 18. residui pavidi obtruncantur; *adde Phæd.* 4. 25.

Resisto, is. etiam impersonaliter *T. L.* 3. legi resistebatur. *& l.* 5. his exigua restituitur manu.

Respondeo, es. etiam *pro* fluo *Frontin. de aquæd.* aqua in urbem responderit. *Celf.* 4. 4. quibus sanguis per menstrum non respondet.

Resto, as. *pro* evado, & fio, *Propert.* 2. 13. deinde ubi consumpto restabit munere pauper.

Retracto, as. *pro* resistere, *adde T. L.* 3. *d.* 1. nunc vocari Icilium, nunc retractantem arripi.

Retraho, is. retrahere se *pro* negare id, quod promiseramus, *Catullus* nunc retrahis te, ac tua dicta inrita &c.

Revenio, is. Utitur Cicero *de orat.* hac voce semel, iterum tertio.

Revoco, as. revocasse, & revocarit *Cic. Phædr. & Val. Max.* *Revocare* autem absolute est invitare ad cęnam eum, qui te invitaverat, *Cic. Ver. & Phædr.* *Revocare* etiam verbum est spectans ad actores, cum revocantur ad agendum, & repetendum actum, vel comœdiam totam, *Cic.* sex millies revocata est.

Rex, is. nomen proprium fuit cujusdam hominis Rom. quemadmodum Princeps apud Phædr.

Rhedicula, æ. *Cic. Philip.* 2. *c.* 23. in vet. MSS

Ricinarius, ii. qui ricinia consarcinabat; ricinarius principalis *insc. Mur.* 869. 2. nempe magister ricinariorum.

Ricinensis ex Helvia Ricina urbe in Piceno, *insc. Mur.* 1116.

Rideo, es. ridetur ab omni conventu *Horat. sat.*

Riditarius, a, m. municipium Riditariorum *insc. spon.* 58.

Rigidus, a, m. verbum est in obscenis *pro* tentus spectans ad virilem membrum, *Catullus* rigida mea cecidi. hinc *rigidus deus* dictus Priapus apud Virgilium, & alios.

Rimosus, a, m. *Propert.* 2. 13. rimosæ fores.

Ringor, eris. a græco ῥύγχος *rostrum*.

Risus, us. *locut.* risu corrui, risus excitare *Cic.* risui esse *T. L.* risum movere, *Phædr. & Horat.* risum captare *Phæd.*

Rixa, æ. verbum spectans etiam ad amores obscenos, & amatorum pugnas in lecto, *Catullus Com. Bern.* portans vestigia

stigia rixæ ; *Propert.* 2. 12. quantaque sublato lumine rixa fuit, *&* *alibi*.

Robur, oris. absolute *pro* militum numero, ac fortitudine, tamen ut de militia sermo sit, *Cic. Att. 6.* de exercitu hæc sunt robora nostra.

Robustarius, ii. qui circa robur versabatur, eratque in lignuariorum numero, *inscr.* Murat. 5. 19. Coll. Robustariorum, & ferrariorum.

Rogator, ris. rogator ab scena *inscr. Mur. 660.* erat, qui rogabat vestes in usum scenæ, & comœdorum. *vide Horatium*.

Romularis. *T. L.* 1. romularem vocatam ferunt.

Rostratus, a, m. rostrata columna in Capitolio posita a M. Æmilio Cos. *T. L.* 32. 20.

Rudimentum, i. *pro* primum principium *adde T. L. 1. d.* 2. rudimentum primum puerilis regni.

Rudus, ris. *Hirt. b. hisp.* rudere, non tegulis teguntur.

Rufillus, a, m. *adiect.* dimin. a Rufus, *insc. Mur.* 371.

Rufinianus, a, m. spectans ad Rufinum, *inscr. Mur.* 162. *&* 1019.

Rufrus, a, m. Colonia Rufra *Spon.* 178.

Rullianus, a, m. spectans ad Rullum, *T. L.* 8. *& insc. Mur.* 157.

Rumor, oris. *locut.* rumores differre. *Ter. Heau.*

Rumpo, is. verbum in obscenis, ut *rumpere ilia* apud Catullum ; *rumpere membra libidinibus* apud Propertium ; *eumpere latus* apud Aut. Priap. & dicitur de agente, & sudante in Venere.

Rumusculus, i. *adde* Cic. *Att.* 2.

Rusticellus. cognomen cujusdam Bononiensis apud Ciceronem Brut. adde insc. Mur. t. 2.

Rutilus. *cogn.* Sp. Nautii Cos. *T. L.*

S

S punctο postposito prænomen notat, ut S. Lucretius Tricipitinus *h. e.* Sextus Lucretius Tricipitinus.

S. pro R. dicebant veteres, ut nesuo *pro* nervo, & maiose *pro* maiore ; & minose pro minore *in leg. XII Tab.*

Sabatus. *cogn.* Livii Sabati *lapis*.

Sabella. *cogn.* cujusdam Cattiæ *insc. Mur.* 16.

Sabinianus, a, m. spectans ad Sabinum, *insc. Mur.* 847. *&* 336.

Sa-

Sabinillus, a, m. *dimin.* a Sabinus, *inscr. Mur.* 871.

Sacerdos. nom. proprium apud *Cic. Verr.* 3. C. Sacerdos, & M. Cæsius Prætores.

Sacerdotialis, le, *idem ac* sacerdotalis, *inscr. Mur.* 161.

Sacrarium, ii. etiam in malam partem usurpatur, *Cic. Cat.* 1. sacrarium scelerum tuorum. servus a sacrario Augusti *inscr. Mur.* 893.

Sacrilega, æ. vox in maledictis usurpata, *Ter. Eun.* 5. 1. quid ais sacrilega?

Salernitanus, a, m. ex Salerno, *Val. Max.* 6. 8. 5. in regione salernitana. *adde insc. Mur.* 1078.

Salillum, i. *purior salillo* proverbium in homines nitidissimos, *Catullus* culus purior salillo.

Salisubsulus, i. vox fictitia. Nam neque Pacuvius in MSS, neque Catullus hoc dixit. Nam huius in MSS erat *sali subsili* optimum utrumque imperativum; videsis, oro, Criticen nostram contra Catullianas editiones a prima ad ultimam.

Salpinas, tis. ex Salpi opp. Hetruriæ, *T. L.* 5. Volsinienses Salpinatibns adjunctis superbia elati.

Salsarius, ii. qui vendit salsamenta, *lapis Romæ* P. Clodius Athenio negot. salsario. *adde Suet. in vit. Horat.*

Salus, tis. *locut.* salutem afferre *Cic. Brut.* salutem ascribere alicui *Cic. Att.* 6. salutem accipere *esser salutato T. L.* reddere *salutare*, *idem*. salutem reponere in aliqua re *Cic. p. Rab.* in salutem alicujus incumbere *Cic. Cat.* 4. ad salutem reducere *idem*. salutem ponere in aliquo, vel aliqua re *Cæs. b. g.* 5. Salus autem dea apud Romanos, cujus ædem Iun. Bubulcus vovit, dedicavitque *T. L.* 9.

Sancte. comp. *sanctius* T. L. 10. ara sanctius coli dicatur.

Sandaliarius, ii, qui sandalia consuebat. *Plaut. Aul.* 3. 4. 37. sutores sandaliarii. ex MSS

Sangarius. fl. ex Adoreo monte per Phrigiam fluens *T. L.* 38. 18.

Sapiens, tis. Stoicorum sententiæ de sapiente erant hujusmodi; sapientem gratia non moveri; sapientes, si distortissimi sint, esse formosos; si mendicissimi, divites; si servitutem serviant, reges, *Cic. p. Mur.*

Sarcina, æ. translate pro fœtu, *Phædr.* 3. 15. novissime effundit sarcinam.

Sa-

Saturnianus, a, m. ſpectans ad Saturnum *inſc. Mur.* 729.

Saturnus, i. ædes Saturno dedicata a Romanis, Sempronio, & M. Minutio Coſſ. *T. L.* 2. Arcus autem ſuper ædem Saturni in foro Romano *T. L.* 1. 5. 21. dicebatur *profugus*, inſcr. Murat.

Saxum, i. *locut.* ad ſaxum adhærere *proverb.* in eos, qui obſtinatiſſimi ſunt, *Cic. Acad.* 2. ſaxis aliquem onerare *Phædr.* 3. 2.

Scabies, ei. *pro* vitio avaritiæ, *Horatius* inter ſcabiem tantam, & contagia lucri; *Catullus* Piſonis ſcabies, famesque mundi.

Scabillarius, ii. qui ſcabilla faciebat, *inſcr. Mur.* 528. Coll, ſcabillarior. Dec. X.

Scala, æ. ſcalæ Gemoniæ, unde præci pitabant reos Romæ. ſcalæ anulariæ ad Capitolium. *Suet.*

Scalabitanus, a, m. ex Scalabi in Luſitania *inſcr. Mur.* 1117. Col. ſcalabitana.

Scalarium, ii. ſcalaria non ſolum in amphiteatro, ſed etiam in monumentis & ſepulcris, inſcr. Mur. 1752. *uſque ad ſcalaria*; ex quo collige, ſcalarium ad quamvis aliam rem ſpectare, ac dici poſſe.

Scalarius, ii, faber ſcalarum, *inſcr. Grut.* 358. Centur. Centonar. dolabrior. ſcalariorum.

Scamillarius, ii. faber ſcamillorum, *inſcr. Grut.* 141. Præf. fab. dec. 4. ſcamillarior. operæ veteres a ſcena.

Scapha, æ. navis erat, quæ duobus remis agebatur, *Horat. carm.* 4. me biremis præſidio ſcaphæ.

Scapula. *cogn.* P. Corn. Scapulæ Trib. Mil.

Scæditanus, a, m. ut pop. ſcæditani Municipales in Luſitania *lap. all. a Pancir. ap. Græv. t.* 3.

Scena, æ. *pro* telo, *adde Livium in Lydio* corruit quaſi ictus ſcena.

Scenarius, a, m. adde *inſc. Mur* 648. pictor ſcenarius.

Scenicus, a, m. adde *T. L.* 7. ludi ſcenici.

Scio, is. ſciſti *pro* ſciviſti *Ter. Phor.* 1. 2. ſciſſent *pro* ſciviſſen *Phædr.* ſcibant *pro* ſciebant *Catullus*, ſcitur *Cæl. Cic. Att.* 10. ſcitum eſt, quod &c. *idem de or.* ſciretur *T. L.* ſcibam *pro* ſciebam *Ter. Hecy.* ſciſſet *Val. Max.* ſcierunt *Phædr.*

Scipio, nis. Scipio eburneum geſtamen veterum ſenatorum romanorum *T. L.* 5.

Scopas, æ. ſtatuarius marmorarius

rius insignis, *Horat. car.* 4.

Scriba, æ, *Scribæ* non erant servi publici, *ex Capitolin.* non scribæ, non servi publici illis actibus interessent, *Scriba* nunquam pro librariis, ne scriba quidem Ciceronis ; in lapide quidem *Scriba librarius*, quia scribæ aliquando librariorum officio fungebantur. *Scribæ* autem erant Consulum, Quæstorum, Aedilium, Pontificum, Aedium sacrarum, Aerarii, Prætorum, Portorii, Cur. Aquarum, Cur. Frumenti, Tesserarii, Armamentarii, & Augustarum, & scribæ Cocorum *in inscr.* *Mur.* 898. qui scribebant, quæ cochis trudebantur.

Scutum, i. scutum aliud erat pedestre, aliud equestre *T. L.* 6. arrepto equo cum scuto pedestri prælium restituit.

Scylleius, a, m. idem ac scylleus, *Aut. in Mac. obit*, saxa syleia.

Scyllis. scultor quidam apud Plin, 36. 4.

Secretarium, ii. *cancellaria*, adde *lap. Rom. in æd. D. Martinæ* secretarium amplissimi senatus.

Secretum, i. *locut.* in secretum abduci *T. L.* in secretum seduci *Phædr.* 3. 10.

Sector, ris. *pro* eo, qui bona damnatorum æstimat in auctionibus, non emit.

Sæculum, i. *locut.* de sæculo recedere h. e. mori *insc. Mur.* 358. in sæculo vivere 367. sed hæ dictiones ne argenteum quidem sæculum sapiunt. quare ne usurpes.

Secundillus, a, m. *dimin.* a secundus, *inscr. Mur.* 1358.

Secundus. *locut.* secundis rebus mergi, *Horat. T. L.* 9. erat etiam *nom.* cujusd. Secundi Carinatis declamatoris, de quo Juvenalis, & Tacitus.

Securitas. dea, *lap. Grut.* 105.

Sed. adhibetur sæpe in dubitationibus, *Ter. And.* 1. 1. sed estne ipsus, de quo agebam ? & 2. 3. sed quisnam foris crepuit?

Sedeo, es. *pro* subsido, *Tibullus* 4. 1. Libra nec hac plus parte sedet, nec surgit ab illa. *sedere* absolute *pro* judicem sedere *T. L.* 3. ne Appius ejus rei causa sedisse videretur.

Sedetanus, a, m. ut sedetani pop. Celtib. prox. *T. L.* 34. 20.

Seditio, nis. *locut.* seditionem comprimere, movere, lenire, irritare, sedare, extinguere, conflare *Cic.* & *T. L.*

Seditiosus, a, m. *superl.* adde *Cic.*

Cic. p. d. f. seditiosissimos homines.

Sella, æ. sellæ patroclianæ ad Capitolium, ubi ventres exonerabantur, *Martial.* 12. 67.

Semifactus, a, m. adde Hirtium bell. afr.

Seminalis, le. *aut. priap.* seminale membrum.

Semita, æ. *pro* via lata, *T. L.* 10. semitam a Capena porta ad Martis saxo quadrato straverunt.

Senatus, us. senatum habebant etiam Tribuni pl. & decemviri, & Censores ex *T. L. &* *A. Gellio*. vide criticen nostram in Grævium. *locut.* senatum habere, indicere, vocare *Livianæ*.

Sententia, æ. *locut.* de sententia depelli, in sententia permanere, in sententiam ingredi, sententia desistere, de sententia deduci, sententiam elicere, de sententia movere, & dimovere, *Ciceronianæ sunt*. in sententiam aliquem adducere, in sententia perseverare, stare, manere, sententiam vertere, dicere, in sententiam pedibus ire *Livianę*. sententiam pronunciare *Cæs.*

Sentio, is. *sensurus* Cic. Att. 6.

Sentinatianus, a, m. ex Sentino opp. Umbriæ *insc.* Mur. 15.

Septempedanus, a, m. ex Septempeda urbe in Piceno, *insc. Mur.* 1081.

Septimianus, a, m. ad Septimium spectans *insc. Mur.* 345.

Septimum. *adverb.* septima vice, *adde T. L.* 7. *c.* 8. septimum primum pilum Tullius ducebat.

Sepultus, a, m. *pro* extincto, translate dictum *T. L.* 2. sepultam tribunitiam potestatem.

Serapiacus, a, m. idem ac serapicus, *inscr.* Mur. 1381.

Serdicenus, a, m. ex Serdica urbe Thraciæ *insc.* Mur. 3.

Series, ei. dicitur etiam de personis, *Tibullus* 3. 1. Juvenum series.

Sermo, nis. *locut.* sermonem differre, serere, dissipare, conferre, in sermonem venire, in sermonem se insinuare, se dare *Ciceronianæ sunt*. sermonem producere in diem vel noctem *Cic.* sermonem cædere *Ter. Heau.* 2. 2. in sermonem delabi, sermonem alio transferre *Ciceroniane quoque sunt*.

Serranus, a, m. qui ad Serram h. e. Tiberim habitat, hinc A. Atilius Serranus Trib. Mil. *T. L.*

Sertorius, a, m. *adiect.* *Augustus*

Augustus in Brev. sertorium theatrum refeci.

Servitium, ii. *locut.* abstrahere a servitio aliquem *Brut. Cic.* in servitium abstrahere aliquem *T. L.*

Servitus, tis. *locut.* in servitutem sese tradere *Cæs.* in servitutem asserere, & concedere *T. L.*

Serum, i. *pro* spermate, *Catullus* labra notata sero.

Servo, as. servarim *T. L.* pro servaverim, servasset *Val. Max.* 8.

Servulus, i. adde Cic. de Fin. 4. & de nat. Deor. & Phædr. 4. 24.

Servus, i. multa erant apud Romanos servorum munera. a jumentis, ab admissione, ad imagines, a marmoribus, a laguna h.e. lagena, a veste privata, a corintiis, a plumbo, a veste cubicularia, a balneis, ad possessiones, de moneta, a cognitionibus, a frumento, a supellectile, a sacrario, a manu, a memoria, ab ægris, a studiis, ab ornamentis, a vehiculis, a calamistro, a punctis, a bibliotheca *apud scriptores & lapid. vet.* Totidem hostes, quot servi *proverbium apud Macrob. sat.* Nota, quod nomine servorum veniunt etiam liberti *ex lap. & monum. vet.*

Sestertium, ii. locus erat supplicii quarto ab urbe milliario *Plutarch.*

Setabinus, a, m. ex Setabi Hisp. *insc. Mur.* 1077.

Sextarialis. inscr. Grut. 223.

Sextilianus, a, m. *inscr. Murat.* 857. 2. spectans ad sextilium.

Si. si sive, & ni nive *formula* in stipulat. & spons.

Siarensi, ex Siaro opp. Hisp. *inscr.* Mur. 1118.

Siccitas, tis. *locut.* siccitate laborare *T. L.* 4. *d.* 1.

Sidus, ris. sidere pulcrior *proverb.* in formosissimos, *Horat. carm.* 2.

Sigillator. idem ac sigillarius, *inscr. Mur.* 936. figulus sigillator. nempe qui fingebat sigilla ex argilla.

Signarius, ii. qui faciebat signa statuas, imagines, vexilla, & id simile, *inscr. Mur.* 963. artifex signarius.

Signia. colonia iterum deducta *T. L.* 2.

Significatio, nis. *locut.* significatione decorari *Cic. p. Sext.* significatione florere *idem.*

Sileo, es. impersonaliter *T. L.* 2. *d.* 5. *c.* 4. unde essent, silebatur, *Cic. Verr.* 3. sileatur de nocturnis baccationibus; &

Ver. 1. Silebitur de maximis furtis.

Silex, cis. silice natus *proverb.* in hominem durum, *Cic. Tusc.* 3. catena silici *Catullus*.

Simpulariarius. qui simpula faciebat, vel simpulis præerat, *inscr. Mur.* 965.

Simultas, tis. *locut.* simultates finire *T. L.*

Sinceritas, tis. *pro* veritate, *Phæd.* 4. 12. ad perniciem solet agi sinceritas.

Singulus, a, m. dicitur etiam de duobus *T. L. l.* 1. supererant singuli. *nempe Horatius unus, Curiatius alter.*

Sinus, us. *pro* loco intimo cujusvis rei, *Catull. ad fundum* in tuum sinum fugi.

Sipontinus, a, m. *adiect.* ex Siponta opp. Apuliæ *inscr. Murat.* 1081.

Sirmiensis. ex Sirmione, *inscr. Mur.* 1118. Sirmiensis Colon.

Smaragdus, *cogn.* C. Fufii Smaragdi *lapis Romæ apud Crescentios*. scribitur etiam Zmaragdus *in lap. & monum.*

Smyrnęus, a, m. *adde Cic. p. Flacco* civitas pergamena, & smyrnæa. *deinde* psephisma smyrnæorum.

Sol, is. ædes Solis apud Circum, *Tacitus* 15.

Solarium, ii. non erat locus editus in domo, sed area quædam *inscr. Murat.* 1337. solarium hujus monumenti sive superficium pertinet ad gentem. *& p.* 1366. huic monumento cedit area cum ædificiis, & horreo, & cisternæ in solario.

Solemnis, cogn. T. Sennii, *inscr. Mur.* 3.

Solentinus, a, m. Solentinorum incommoda *Cic. Ver.* 5.

Solitudo, nis. *pro* recessu, in mitiorem partem *Ter. Hecy.* 1. 2. ubi datum erat spacium solitudinis, ut colloqui mecum una posset.

Solimaricensis: ex Solimarica urb. ad Mosam *inscr. Murat.* 1082.

Solus, a, m. Non tu solus *formula* cum aliquem solamur.

Sophus, i. *cogn.* P. Sempronii Trib. Mil.

Soranus, a, m. ex Sora urbe Latii, *Cic. p. Planc.* nemo Soranus Plancio studuit; *T. L.* 17. in Soranum agrum.

Sorbitio, nis. pro eo quod sorbetur, *Phædr.* 1. 26. liquidam posuisse sorbitionem.

Sparsus, a, m. *ex T. L.* sparsa classis tempestate.

Sparus, i. meminit spari & *T. L.* 34. 15.

Speciaria, æ. mima quæ in scena

na induebat perſonam, *Spon.* 233. mimæ ſpeciariæ contubernales : ſpecies enim pro perſona. Nam ſpecies eſt effigies rerum.

Species, ei. In ſpeciem *pro* ſpecie tenus. *T. L. 3. d.* 1. ſententia aſperior in ſpeciem.

Speclarius, ii. idem ac ſpecularius, qui ſpecula faciebat, *inſc. Mur.* 529. *&* 972.

Specto, as. me ſpecta *formula* cum attentum auditorem volumus, *Plaut. Moſt.* 5.

Specularius, ii. qui ſpecula faciebat *Patern. l. ult. de ver. Immun.*

Spero, as. ſperaſſet *T. L. Cic.* ſperaſti *Virg.*

Spes, ei. *locut.* ſpe aliquid devorare, in ſpem adduci, ſpem afferre, ſpe niti, ſpem extenuare, in ſpem vocare, ſpem iniicere, in ſpe eſſe, & reponi, de ſpe depelli, ſpe pendere, in ſpem impellere, in ſpem ingredi, induci, ſpem infringere, ſpem auferre, proponere, *Ciceronianæ ſunt*; ſpem amittere, facere, minuere, incidere, ponere, præcidere, oſtentare, habere, objicere, exturbare, concipere, in ſpem venire, ſpe deflagrare, ſpem relinquere, gerere, frangere, ſpe dejici, ſpem abſcindere, nanciſci oſtendere, tentare, in ſpem impellere *Livianæ ſunt*. ſpem tollere, adimere, deponere *Caſ.* ſpem reſecare *Hor.* ſpes affulſit *T. L.* ſpes deſceſſit *Caſ.* Spes erat & dea, cujus templum Romæ. Erat autem ſpes Genialis, & ſpes Ruſtica *Gruter.*

Spica, æ. laterculus coctilis; *inſc.* Murat. 314. pavimentum ſpicam ſtraveruut. *niſi forte legas ſpica.*

Spiſſe. compar. *ſpiſſius* apud Cic. Fam. 2.

Splendidus, a, m. *compar.* habet *Cic. Ver.* 1. ſplendidior commemoratio.

Spolio, as. ſpoliaras *pro* ſpoliaveras *Cic. Brut.* ſpoliaſſe & ſpoliarit *pro* ſpoliaverit *idem.*

Spondalia. vox fictitia a nemine uſurpata. Nam Cicero in MSS omn. habet *Spondali illa*, quod eſt utrumque rectum. Vide Criticen noſtram in omnia loca deſperatiſſima Ciceronis, quæ intentata reliquerunt omnes interpretes.

Spondeo, es. a ſpe deductum, non a ſponte judicarim, hinc *ſpepondit* apud Mur. inſc. 337.

Stationarius. ut ſtationarius ſervus *adde inſcr. Mur.* 1063.

Statua, æ. *a ſtatuis* inſc. Mur. 886. 2.

L 2 qui

qui præerat ſtatuis, vel erat artifex ſtatuarum.

Statualis, le. qui ſtatuas collocabat, vel præerat ſtatuis, *inſc. Mur.* 937. Aciliani Studioli ſtatualis.

Status, us. *locut.* de ſtatu convelli, de ſuo ſtatu declinare, in antiquum ſtatum reſtituere, & renovare *Ciceronianæ ſunt.* in antiqnum ſtatum redire, adduci *T. L.*

Stercorarius, a, m. ut ſtercoraria porta Rom. *Feſtus.*

Sternuo. *locut.* ſternuere adprobationem *idem* ac adprobare *Catullus in bend.*

Stipendium, ii. *locut.* ſtipendium imperare, facere, mereri *T. L.* ſtipendium pendere, remittere *Cæſ.*

Stipes, tis. ſtipes aethiops *proverb.* in homines Stultos, & blennos, *Cic. poſt red.* Stipe autem antiqui finiebant agros *Ovid.* defoſſus in agris ſtipes; *Tibull.*

Stola, æ. *cogn.* Sextii, de quo *Cic.*

Strator, ris. *adde inſcr. Mur.* 938.

Strepitus, us. a græco *ϛρέπω verto.* nam ex ſtrepitu confuſio.

Strophadus, a, m. ex Inſ. Strophade, *Modeſt. in arg.* 3. *Virgil.* Strophadas compulſus ad undas.

Structus. *cogn.* L. Servilii Structi Coſ. *T. L.*

Studiolum, ii. *dimin.* a ſtudium, *inſcr. Mur.* 937. Aciliani Studioli ſtatualis.

Studioſe. *ſuperl.* ſtudioſiſſime facere *Cic. p. Rub.*

Studium, ii. *locut.* ſtudio contendere, ſtudium conferre, figere, locare, ponere, a ſtudiis deterrere, ſtudiis obſequi alicujus *Cicer.* a ſtudiis *inſcr. Mur.* 895.

Stupidus, a, m. *pro* attento in mitiorem partem ſumptum, *Ter. Hecy. prol.* ſtupidus in ſunambulo.

Stupor, ris. *pro* ſtupido *Phædr.* 1. 13. ingemuit corvi ſtupor.

Stuprum, i. *locut.* in ſtupris volutari *Cic.*

Suaſſanus, a, m. *adiect.* ex ſuaſa opp. Umbriæ, *inſcr. Mur.* 1082.

Subactarius, ii. qui coria ſubigit, cogit, lavat, *lapis Romæ apud Carpen.* coriarius ſubactarius. *ſi accipias adiective, jam permitto.*

Subcornicularius, ii. qui vicem cornicularii gerit, *inſcr. Mur.* 787.

Subereſtus, a, m. *T. L.* 8. 7. Haſtas ſuberecta cupide in terra fixas.

Sublevo, as. verbum in obſcenis

Ca-

Catullus ad Colon. nec se sublevat ex sua parte. subaudi obscena h. e. mentula.

Sublimis, e. *sublimen rapere* pœna erat servorum, aliorumque *Ter. And.* 5. 2.

Subripio, is. subresti *pro* subrepsisti *Catullus* ep.

Subrogo, as. *absolute* collegæ subrogando *T. L.* 4.

Succedo, is. *absolute.* de provincia discedendum est, nec succeditur, *Cic. Att. 6.*

Succumbo, is. verbum in obscenis, *Catullus*, cuivis succumbere fas est.

Sucro, nis. *cogn.* Q. Varri Sucronis *Cic. Brut.*

Svelitanus, a, m. *adiect.* ut municipium Svelitanum *Spon.* 189.

Svessanus, a, m. *adiect.* ex Svessa Campaniæ *inscr. Mur.* 1083.

Svessatinus, a, m, *adiect.* ex Svessa Col. Campaniæ *inscr. Mur.* 816.

Svessulanus, a, m. *adiect.* ex Svessula Campaniæ *inscr. Mur.* 1083.

Svismontium. mons Liguriæ *T. L.* 39. 2.

Sulchitanus, a, m. *adiect.* ex sulchis urbe sardiniæ *Hirt. b. Afr.*

Sulphur, ris, utebantur sulphure antiqui in rebus magicis *Tibullus* 5. 1.

Sulpicianus, a, m, *adiect.* ad Sulpicium spectans, ut sulpiciana navis *Cæs. b. c.* 3.

Sum, es, est. Tibi sit *formula* dedicantis est, *Tibullus* tibi sit nostro de rure corona. Escit *pro* erit *in lege* XII. *Tab.* apud Festum. Sic sum ut vides *formula* in rebus, in quibus fidem exigimus, *Plaut. Amph. & Aul.* 2. 5. Est *formula* in juditiis, cum testem citamus, *Cic. Ver.* Melitentis Diodorus est, is; *alibi* Insula est Melita Judices; *Catullus* Cinna est Cajus, is.

Summus, a, m. summum *pro* ad summum *Cic. Att.* 12. 13. hodie, aut summum cras. *ita MSS. omn. opt.*

Supellex, tis. servus a supellectile, *inscr. Mur.* 909. qui præerat supellectili.

Superequanus, a, m. *adiect.* ex superequo opp. Pelignorum, *inscr. Mur.* 1083.

Supero, as. superarit *pro* superaverit *Cic. & Cæs.* superasset *T. L. & Cæs.*

Supervacuus. adde *T. L.* 2. *d.* 1.

Supplicium, ii. *locut.* de aliquo sumere *Cæs. T. L.* supplicio liberare *T. L.* supplicium in aliquem constituere *Hirt. b. Alex.*

Supra. *pro* præter, adde *T. L. l.* 2. *d.* 1. supra belli metum id

id quoque accesserat.

Suprascriptus, a, m. adde *lapidem Romæ in Cliv. Capitol.* qui suprascripti sunt.

Sura. *cogn.* P. Corn. Lentuli Suræ Cos. *T. L.*

Surrinensis. *inscr. Mur.* 1083.

Suspicio, nis. *locut.* in suspicionem adduci, suspicionem assequi, minuere, movere, suspicione incendi, in suspicionem vocare, suspicionem dimovere, propulsare, *Ciceronianæ sunt*. avertere aliquid a suspicione, suspicionem avertere *Livianæ*. suspiciones vitare *Cas.*

T

T Pro d. dicebant veteres, ut haut *pro* haud. Et alia hujusmodi in tab. lap. apud Mur. 3.

Taberna, æ. translate *pro* emporio, *Catullus* Durrhachium Adriæ tabernam.

Tabæ. urbs in confin. Pisidarum *T. L.* 38. 13.

Tabernacularius, ii. ita dempta sync. scribitur in lap. Romæ in æd. Garimberti, *Coll. Tabernaculariorum*. erant autem, qui tabernacula augurum nil in militia ædificabant, non tabernas, ut credunt lexicographi.

Tabernaculum, i. faber a tabernaculis *inscr. Mur.* 926.

Tabula, æ. tabulæ publicæ apud Romanos erant senatusconsulta in æde Cereris. tabulæ censoriæ, ubi census, in atrio Libertatis. tabulæ ubi nomina recens-natorum describebantur in æde Lucinæ. Tabulæ ubi nomina eorum, qui vir ilem togam induebant, in æde Juventæ. tabulæ, ubi mortuorum nomina scribebantur, in æde Libitinæ. Curatores tabulariorum publicorum *inscr. Mur.* 685. 2.

Tabularius, ii. tabularius a patrimonio *inscr. Mur.* 898.

Tæda, æ. inter antiquorum tormenta tædæ, *Lucretius* verbera, carnifices, pix, lamina, tædæ.

Talori. pop. municipales in Lusitania *lap. all. a Panc. apud Græv.* 3.

Tamphilus. *cogn.* Cn. Baebii.

Tanagræus, a, m. *adiect.* ex Tanagra urbe Beotiæ *Cic. p. d.* 5. Tanagræa meretrix.

Tanis. ex tani urbe Ægypti, *inscr. Mur.* 1084. natione Tanis.

Tapsitanus, a, m, *adiect.* ex Ins. *Tapso Hirt. 6. Afr.*

Tardus, a, m. *pro* diligenti,

Tibullus 9. 2. me nitidum tarda compserit arte caput.

Tarracinensis. ex tarracina opp. Volscorum *Cic. pro Lex. Am.*

Tarvisianus, a, m, idem ac tarvisanus, *inscr. Mur.* 829. de numero tarvisiano. *&* *inscr.* 1085.

Tassius, a, m. *adiect.* ex Tasso inf. *inscr.* Mur. 1085.

Taurus. *cogn.* Statilii civ. Rom. *T. L.*

Taurinienfis. ex Taurino *inscr. Mur.* 1085.

Telesinus, a, m. *adiect.* ex Telesia urbe non longe a Benevento, *inscr. Mur.* 1118.

Tellus; uris. ædes Telluris in area, ubi prius erat domus Sp. Cassii *Cic. p. d. s.*

Telum, i. *pro* membro virili, *Martialis* pædicare semel cupido dabit illa marito ∸ dum metuit teli vulnera prima novi. hinc *apud Catullum in ep.* pro telo rigida mea cecidi.

Temperatus, a, m. *comp.* temperatiora loca *Cæs. b. g.* 5.

Tempus, ris. *locut.* ad tempus aliquid accomodare, in tempus turbulentum incidere, tempus absumere, conterere, consumere, in alia tempora aliquid reſſervare *Ciceronianæ sunt.* nullo tempore, *pro* numquam *Hirt. b. hisp.* eleganter repetitur in oratione hoc pacto, *Cic. Ver.* 1. si quod tempus accidisset, quo tempore &c. *in alibi.*

Tenebra, æ. pro balneo, *Martial.* Grylli tenebras. *Catullus* ubi sint tuæ tenebræ. *In balneis enim amatores.*

Teneo, es. *pro* gubernare, *adde Hor.* Bruto prætore tenente ditem Asiam. *Teneo* verbum est etiam amatorum, *pro* amplecti, *Terent.* teneo ne te mea Antiphila? *Catullus* quem in sinu tenere; *alibi* tenens in gremio, *Phædr.* 2. 2. quendam mulier tenebat. *Virgil.* cum me Galatea tenebat.

Tener, ris. comun. gen. *Aut. priap.* tener vaccula.

Tentor, ris. ut fullo tentor *in lap. allat. a Panvinio apud Grævium*; nempe qui tentat, & cogit vestes pedum insultu. M. *Vipsanio Fulloni Tentori.* Turnebus legebat *tinctori* frustra; nam fullo non tingit, sed pede tentat.

Tentus, a, m. *comp.* tentior *Aut. priap.*

Terminus, i. deus non solum sub figura lapidis, sed etiam pali, stipitisque, *Ovid.* Termine sive lapis, sive es defossus in agris stipes. *Tibull.* seu

sti-

ſtipes habet &c. fanum habebat Romæ in monte Tarpeio *T. L.*

Tero, is. præt. triſti *pro* trivſti *Catullus Com. Ber.*

Terra, æ. formulæ ad mortuorum cineres erant hujuſmodi *ſit tibi terra levis.* vel *ſit terra non onerosa*, vel *aurea terra tegat*, vel *tu* (terra) *levis oſſa tegas* in lap. Grut. & Mur. 1099. & 1363. & 1743. & alibi *locut.* terram attingere *Caſ.* ad terram applicare *Hirt. b. hiſp.*

Terror, ris. *locut.* terrores jacere *Cic.* terrores perferre, incutere, avertere, addere, injicere, inferre, admovere, demere, afferre, facere *Liviana ſunt.* & præbere.

Terrula, æ. *adde inſc.* Mur. 850.

Tertia. *nom.* filiæ L. Pauli.

Teſſella, æ. erat etiam officulum luſorium. vide *teſſellarius.*

Teſſellarius, a, m. *inſc.* *Murat.* 958. Artis teſſellariæ luſoriæ.

Teſta, æ. *pro* latere teſtaceo, quo domus tegebantur, *Cic. p. d. ſ. ad Pont.* teſtæ tectorum. *adde Vitruvium.*

Tetraſtylum, i. ſubſt. *inſc.* Mur. 341. in tetraſtylo confederunt. Erat ſcamnum vel lectus quatuor columnis conſtans.

Thalamus, i. *pro* lecto impudico *Catullus* ne Paris degeret in thalamo.

Thalaſſa, æ. *cogn.* feminæ Romanæ *lapis apud Cæſios.*

Thebennenſes. ex Thebis urbe Ægypti, *Hirt. b. Afr.* Thebennenſes legatos mittunt.

Theoſtaſis. templum deorum, ut græcoſtaſis Romæ, *inſcr. Mur.* 124.

Thermarius, ii. qui thermas locabat, vel his præerat, *lapis Metis* D. M. Virino Verecundi f. Thermario.

Theſmophora, æ. *cogn.* ſpectans ad Cererem, h. e. legifera, *inſcr. Mur.* 3. Theſmophoræ Cereri. Non enim eſt vox græca ſolum, ſed & in Latium invecta.

Tibiarius, ii. qui tibias faciebat, *inſcr.* *Mur.* 949. Tibiarius de Sacra Via.

Ticinenſis. ex Ticino urb. Inſubriæ *inſcr. Mur.* 1087.

Tignuarius, ii. ita ſcriptum in lap. Spon. 59. & in inſcr. Mur. 936. ductum a *tignum.*

Timidus. *ſuperl.* habet *Cic. Att.* 7.

Tinca. *cogn.* cujuſdam Phacentini *Cic. Brutt.*

Tingo, is. a græco τέγγω *tingo.*

Tisdritanus, a, m. *adiect.* ex Tiſdro urbe Africæ *Hirt. b. Afr.*

Afr. Tisdritanos multat.

Tiſſenſis. ex Tiſſa opp. ad Ætnam *Cic. Ver.*

Tiſſinenſis. Plinius 3. 8.

Titius, a, m. *adiect.* *T. L.* Atrium Titium.

Toga, æ. color communis togæ non erat albus, nec pullus. Color enim albus in rebus ſacris, & feſtivis. Color autem pullus erat in rebus mæſtis & luctu publico. Sane illud *pullati proceres* quomodo explicari debeat, docuimus ſuperius verbo *pullatus*. vide criticen noſtram ad Grævium contra Ferrarium, & Rubenium loco ſuo.

Tonitrua. erant in ſcena ſaxa deiecta cum fragore magno, *Phædr.* 5. 7. devolutis tonitribus.

Torquatianus, a, m. *adiect.* ſpectans ad Torquatum *Frontin. de aquæd.*

Torqueo, es. *collum torquere* minantis eſt, & irati *T. L.* 4. Cum Conſul armatus collum torſiſſet, metu cæteri ſacramenta dixere. *Torquere ſeſe* pro dubitare, *Phædr.* 14. 3. Ille ſe torquet diu, nec quæſtionis cauſam intelligit.

Torques. Milites etiam majore torque donabantur, *inſcr. Murat.* 40.

Torrens, tis. *transl.* dictum ad perſonas *Juvenal.* X. Quem mirantur Athenæ torrentem.

Trabs, is. *transl.* pro membro virili *Catullus* trabe inrumaſti.

Trallianus, a, m. ex Trallibus *Cic. p. Flacco* vidi ego Philodorum teſtem Trallianum, vidi Parrhaſium.

Tranquillinus, a, m. aliquantum tranquillus, *inſcr. Mur.* 251.

Tranquillus, a, m. ex tranquillo *T. L.* 4. ex tranquillo moles diſcordiarum exorta.

Tranſeo, is. imperſonatiter, adde *T. L.* 45. 37. & paſſive adde *Cæſ. b. g.* 1. is nonnullis locis vado tranſitur.

Tranſno, as. paſſive *Virg. Cul.* tranſnandus agor translator ad undam.

Traſcudani. pop. Munic. in Luſit. lap. all. a Panc. apud Græv. t. 3.

Trecenti. *pro* quovis ingenti numero *Catullus* complexa tenet trecentos.

Trecenties. *pro* numero ingenti, *Catullus* trecenties comeſſe.

Tremulus. *cogn.* Q. M. Tremuli *Plin.* 34. 6.

Triarius, ii. cogn. C. Valerii *Cic. Brut.*

Tribunus, a, m. *adiect.* ad Tribunos ſpectans, *Suet. Oct.* 40. comitiis Tribuniis Senatores

creavit : *nisi forte dubia est lectio*.

Tribus, us. dictum a tributo *ex T. L.* Tribu autem moti carebant stipendio militari, & suffragio, & ærarii facti, & operarii. *vide notas in Grævium nostras contra Manutium tom.* 1.

Tricliniarius, a, m: ut servus tricliniarius *insc.* *Mur.* 932. qui præest triclinio.

Tricosus, a, m. *adiect.* tricosus homo est convitiator, non fallax, non tergiversator, ita Lucilium apud Nonium explices. significat etiam hominem *nibili*, ut sunt tricæ, *lapis* Alcmenæ, Jovis & magni fortissima proles = Tricosus subito post mea fata vocor.

Trigonius, a, m. *adiect.* ut porta Romæ Trigonia dicta.

Triplicarius, ii. *subst.* qui triplum stipendium accipiebat, *insc.* *Mur.* 690.

Tritor, ris. tritor argentarius *lapis*.

Tristitia, æ. *locut.* tristitiam omittere *Ter. And.* 2. 4.

Triumphus, i. triumphus castrensis, de quo *T. L.* 7. Hic Decii castrensis triumphus fuit incedentis per media castra cum armato præsidio conjectis in eum omnium oculis. *locut.* triumphum agere, triumphum alicui decernere, triumpho aliquem despoliare *Liviana*.

Triumplini. pop. in agr. Brix. *inscr.* *Mur.* 1088.

Trucidatus, a, m. translate *Cic. de Ar. r.* A gravissimo viro confectus, ac trucidatus.

Truncatus, a, m. *adde T. L.* 31. 30. truncata simulacra deum.

Truncus, a, m. translate *pro* viduus, *T. L.* 31. 29. Urbs trunca sine senatu, sine plebe, sine magistratibus.

Tu. *accus.* te te *Ter. And.* 1. & *Catullus* te te abstulit ipsum, ut se se apud *scriptores opt.* & meme *apud Catullum*. Non enim probo, esse dictionem syllabicam.

Tum. maxime in comprecationibus adhibetur, *Cic. Cat.* tum tu Juppiter &c. *Plaut.* quid quid si fallo? tum Mercurius &c.

Tumultuosus, a, m. *comp.* adde *T. L.* 10. fama tumultuosior & 5. tumultuosiora

Tumultus, us. *locut.* tumultum sedare, movere, excire, augere, opprimere *Liviana sunt*.

Tunica, æ. tunica communis Romanor. non erat alba, neq; pulla, hinc Martialis *Roma magis fuscis vestitur* h. e. puris,

ris, qui albam esse dicunt, ex Juvenale argumentatur prave

Sufficiunt tunicæ summis Ædilibus albæ

Nam Ædiles ludos fortasse agere debebant, vel his præesse. Albas autem & tunicas, & togas fuisse in rebus lætis, & festis, quis nescit? Neque habent aliud fortius. *vide criticen nostram ad Grævium t. 6 contra Manutium & Rubenium.*

Turbo, as. turbarunt *Hor.* c. 1. *pro* turbaverunt, turbasset *T. L.* 4.

Turbulentus, a, m. etiam *subst.* *Cic. agr.* 2. quid turbulenti me consule conflarent.

Turpido, nis. usus hac voce *Cic. Att.* 13. nec me turpido deterret. *nisi forte varia est lectio.*

Turpo, as. turparunt *pro* turpaverunt *Horat.*

Tutela, æ. Dea, *insc.* Grut. 104.

Tutelarius. non erat custos ædium, sed patronus, & pene dominus *lapis Romæ apud Cæsios.* Tutelario Prætori.

Tutor, aris. *passive*, *adde Cic. p. Flacco;* unde & Prisc. l. 8.

Tuccitanus, a, m. *adiect.* ex Tucci urbe Hisp. *inscr. Murat.* 1090.

Tuus, a, m. de tuo h. e. tuis bonis, & facult. *Phædr.* 4. 19. ne de tuo faciat lucrum.

Tympanum, i. tympana & flagello percutiebant. *inscr. Murat.* 31.

Tympanistria, æ. adde *inscr. Mur.* 174.

Tyranis) *cogn.* fœminæ *inscr.* & *Murat.* 917.

Tyrannis) potest usurpari *pro* tyranna.

Tyrannus. *cogn.* cujusdam apud Mur. 1372.

V

V *pro* o. dicebant veteres, *Tab. lap. apud Mur.* 3. & u. *pro* i. ut plouruma *pro* plurima *insc. Mur.* 658. & pontufex *pro* pontifex *p.* 125. at vice versa oe *pro* u. ut oufus pro usus; & o *pro* u. ut molier *pro* mulier. & oi *pro* u. ut oino *pro* uno *in Columna rostrata Duilii.*

Vaccula, æ. adde *aut. priap.* Vaccula profundet sanguinem; *alibi* tener vaccula.

Vah. a græco οὐά apud D. Marc. Evang. & Dionem. aliquando est etiam irascentis, *Ter. And.* 4. 2.

Valde. nunquam usurpatum pro *ita* vel *sane*, sed *pro* caro pretio a Plauto Pseud. 1. 4. *meam*

amicam vendidisti ? valde viginti minis.

Valentia . Dea Otriculanorum *Tertull.*

Valeo, es. valuistin' usque *formula*, cum post longum tempus alicui occurrebant, *Plaut. Curc.* I. I. 16.

Valerianus, a, m. ad Valerium spectans, *T. L.* 6. Valeriani expeditiores fuerunt; adde *insc. Murat.* 825.

Væ. interjectio dolentis, *Catullus* quas ego væ misera extremis proferre medullis cogor inops.

Validus, a, m. *superl.* habet *T. L.* 6. & 44. 34.

Vanacini. pop. in Corsica *insc. Mur.* 1091.

Vanus, a, m. *comp.* habet *T. L.* 2. vanior acies. *alibi* eo vaniora. & 4. quæ vaniora.

Varianus, a, m. spectans ad Varium, adde *lapid.* Cur. Varianarum thermarum.

Vasclarius, ii. idem ac Vascularius per sync. *inscr. Mur.* 814.

Vasto, as. vastaris *pro* vastaveris *Cic. de ar. resp.* vastasse *Cic. Ver.*

Vdus, a, m. Uda *absol.* pro aqua; *Ovid.* Uda prius spargat.

Vecordia, æ. *pro* feritate, & inclementia, *Ter. And.* 4. I. Vecordia cuiquam fiet, ut malis gandeat alienis. *Vecors enim est sine corde h. e. ferreus & crudelis.*

Vehicularius, ii. qui fert aliquem vehiculo, *insc. Mur.* 922. vehicularius Antonii.

Velamen, nis. translate etiam usurpatur, *Aut. in au. temp.* hyems niveo velamine vestit montes. *Aut. de Sol. ort.* croceo velamine fulgens.

Velia. In Velia ædes Penatium *T. L.* 45. 16.

Velites. falsum, quod funda tantum, &c. *vide supra* velites.

Velletriæ, rum. curator Velletriarum *insc. Mur.* 452.

Velum, i. dare vela *transl.* dictum *Cic. in or.* quocumque feremur, danda vela sunt.

Vena, æ. *pro* membro virili, *Aut. priap.* Tenta dei vena.

Venatorius, a, m. familia venatoria *insc. Mur.* 964. quæ præest rebus venationis, vel in venatione inferuit.

Venditio, nis. Formula in venditione erat talis *ex Val Max.* 8. 2. I. quidquid sibi dare, facere oporteret ex fide bona.

Venenum, i. *pro* peste translate dictum, adde *T. L.* 3. di- 3. discordia ordinum & venenum urbis.

Venerianus ad Venerem spectans, *insc. Mur.* 843.

Ve-

Veneticus, a, m. *adiect.* ex Insul. Venetiarum *Caes. b. g.* 4. bellum Veneticum.

Vennensis. pop. Hisp. Tarrac. *Plin.*

Venno, *cogn.* L. Val. Vennonis, T. Nicl.

Venus, ris, appellabatur & Lubentina, & Verticordia, Erycina, Redux, Victrix, Gnidia, Alma, Impia, Ardens, Arsinoe, Aurea, Calva, Conjugalis, Cypria, Hortensis, Invicta, Marina, Peregrina ex *Catullo*, *Virgilio*, *Festo*, *Homero*, *& aliis.* aedem Veneris ad Circum Q. Fabius Gurges faciendam curavit; *T. L.* 10. Veneris currus ab oleribus trahebatur, *Horatius* quae Paphon junctis jussit oleribus.

Venusta. *cogn.* insc. Mur. 1543.

Venustus. *cogn.* cujusdam, *lapis apud Ferratinos.* superlat. *venustissimus* habet *Cic. in or.* venustissimus, ac politissimus Lysias.

Verecundus. *cogn.* cujusdam *Rom. lap.*

Verissima, *cogn.* cujusdam Faustae *lapis Rom.* 47.

Verisimiliter. *comp.* verisimilius habet & *T. L.* 5. *d.* 1.

Vermiculum. *pro* opus vermiculatum, *inscr.* Mur. 314. vermiculum, pavimentum, spicam straverunt.

Verna, ae. com. gen. lexicographi nullum afferunt exemplum in faem. gen. Dicam ego ex inscript. Murat. 1545. *Livia faceta fecit vernae suae.* adde inscr. 1544. & 1540. & 1531. & 1528.

Vernacula, ae. *dimin.* a verna, *insc.* Mur. 1555. Filetini vernaculae fecerunt.

Vernalis, le. spectans ad ver, adde *Cn. Corn. Gall.* vernali tempore.

Vernans. adde *Virg. Cul.* vernantia tempora.

Vernula, ae. com. gen. *inscr. Murat.* 1535. verania vernulae suae.

Verpus, i. *pro* membro virili videtur Catullus usurpavisse, in hend. *Verpus praeposuit priapus ille?*

Versaonenses pop. hisp. *Hirt. b. hisp.* Versaonensium Civitati fautores.

Verso, as. versare se *pro* dubitare, *Cic. Ver.* 3. versat se, quaerit, quid agat. *& Ver.* 4. versare se in utramque partem.

Verutum, i. proprium peditum *T. L.*

Vespera, ae. prima vespera *T. L.* 36. 29.

Ves-

Vespillo. *cogn.* Q. Lucretii.

Vesta, æ. pudicior Vesta *proverbium* in homines castos, *Aut. priap.* eruditionem autem novam de Vesta, & Vestalibus quæ fugit Lipsium, cæterosque eruditissimos, videsis in Crit. nost. ad Græv.

Vester, a, m. etiam de uno tantum dicitur *pro* tuus, a, m. *Catullus ad Juvent.* tantillum vestræ demere sevitiæ. *alibi.* Attamen in vestras potuisti ducere sedes; *Ovid.* vestri Germanice causa triumphi.

Vestiarius, ii. vestiarius tenuiarius molochinarius *inscr. Mur.* 934. vestiarius centonarius 94.

Vestis, is. etiam translate usurpatur, *Aut. in ann. temp.* veste nivali. *locut.* servus a veste cubicularia *inscr.* Mur. 901. a veste scenica 899. a veste Imp. privata 926. servus ad vestem 917. a veste venatoria 919.

Vestinus, a, m. adde *T. L.* 10. in agrum vestinum.

Vestispex, cis. custos vestium, *inscr.* Mur. 949. & 972. & 970.

Vesuvianus, a, m. *adiect.* ad vesuvium spectans, *inscr. Murat.* 1094.

Vettoniensis. ex Vettona municipio Umbriæ, *inscr.* Mur. 1194.

Vetulonensis. ex Vetulonio Etruriæ, *insc. Mur.* 194.

Vetus. *cogn.* Q. Antistii Vet. *Val. Max.* 6.

Via, æ, *locut.* viam rumpere, dare, facere, pandere, aperire, inire, ingredi eandem viam *transl.* pro idem agere *Livianæ sunt.* viam munire *Cic.* a via aliquem retrahere *Hirt.*

Viator, ris. viatores erant & Consulum, & Dictatorum, qui vocationem, & imperium habebant. *T. L.* & Censorum *Vell. Pat.* 2. & Collegii Magni *lap.* viatores locum habebant in theatro *Tacit.*

Viatrix, cis. adde *inscr. Murat.* 1058. & 1045.

Vibolanus, a, m. *adiect.* ex Vibo Val. Urbe Bruttiorum, hinc M. Fabius Vibolanus *T. L.*

Vibonienfis. ex Vibon. Bruttiorum *inscr. Mur.* 1094.

Vicanus, i. qui habitat etiam vicos urbis, ita explices τὸ *vicanos haruspices* quod afferunt lexicographi Pat.

Vicepræses, dis *inscr. Mur.* 907. Vicepræses Provinciæ.

Vicis. in vice ejus *pro* ejus loco, *insc.* Mur. 224.

Victimarius, ii. inter victimarios erat primus, *inscr. Mur.* 864. victimarius principalis.

Victoria, æ. nomen cujusd. Petiliæ

tiliæ *Grut.* 472.

Victoria, æ. dea, cujus ædem dedicavit L. Postumius Cos. *T.L. locut.* victoriam vincere *Cic. p. Mur.*

Victoriosus, a, m. *superl.* adde *lap. Rom. in æd. D. Martinæ* victoriosissimis principibus.

Victricensis. Colonia ita dicta in Britannia Camalod. *lap.*

Videor, ris. Videri, & non videri *formula* erat in sententiis judicum *Phædr. for. X.*

Vidualis. vidualibus annis, *insc. Mur.* 75.

Vigilia, æ. *pro* eo qui vigilat, & dicebatur prima, secunda, tertia, & sic deinceps *Cæs. b. g.* 3. & *sæpe*.

Villulus, i. *dimin.* a villus. *Catullus* sordebant tibi villuli. *ex opt.* MSS

Viminarius, ii. qui faciebat vasa, & cistas vimineas, *lapis Narbone* A. Thuranius Niger Viminarius.

Vinarius, a, m. ut forum vinariom *insc. Murat.* 939. coactor vinarius *inscr. Murat.* 942. qui exigebat vectigal vini.

Vincio, is. verbum amatorum, *Ovid.* casto vinxit amore deam. vide *vinctus*, & *vinculum*.

Vinctus, a, m. *Ovid.* vinctus uterque tui. *Tibull.* me retinent vinctum vincula puellæ.

Vinculum, i. de amoribus dicitur, *Tibullus* Veneris vincula. *Ovid. ad Ven.* vel tua vincla leva; *Tibullus iterum* vincula puellæ.

Vinifer, a, m. *Aut. de ann. temp.* vinifer autumnus.

Vinum, i. corruptum a græco πίνω.

Virga, æ. virga lictores utebantur ad percutiendas fores domuum, nam manu non licebat *T.L.* 6.

Viriaticus, a, m. *adiect.* idem ac viriatinus, a, m. *Cic. Brut.* viriaticum bellum. *ita omn. opt. MSS*

Vis, ris. *locut.* vim arcere, afferre, intentare *T. L.* vim sustinere *Cæs.* vires contundere *Val. Max.* vires reficere *Phædr.* consenescere vires *T. L.*

Viscus, eris. viscera de amore dicuntur, *Mecænas apud aut. de vit. Hor.* Ni te visceribus meis, Horati, plus diligo.

Vita, æ. *locut.* ad vitam vocare *pro* solari *Cic. Att.* 3. revocare ad vitam *Cic.* vitam trahere *Phædr.* decurrere vitam *idem.* finire *idem* & *Ovid.* in misera vita commorari *Cic. Q. Fr.* vita cedere *Cic. Tusc.* 1. vitam exigere h. e. agere *Ter. Heau.* 2. 2. & *Hecy.* 2. 1.

Vitrarius, ii. ita liquide scriptum

ptum apud Lamprid. in Alex. Sev. 24. *Vitriariorum vecti-gal.*

Ulpius, a, m. ut fora ulpia, nempe Trajani *apud Claud. 6. Conf. Hor. & apud Sidon.*

Ulpialis. *lap.* flamini Vlpiali, *nempe Traiani.*

Ultimus, a, m. ad ultimum *pro* postremo, *T. L.* 5. vectigalis ad ultimum facta.

Unguentarius, a, m. ut vicus unguentarius Romæ in regione Exquilina.

Unigena, æ. *pro* eo, qui natus est ex uno, eodemque partu cum aliquo, ut *Diana unigena* apud Catullum, quem una cum Phœbo peperit Latona.

Unio, nis. adde Phæd. 4. 4.

Unus, a, m. unæ *pro* uni *Cic. p. Mur. ex MSS* uno *pro* uni *Catullus* une, vocandi casus *Catullus* une capillate, *Plaut.* amice une.

Voco, as. *translate* ad inanimata, res vocabat, ut &c. *Hirt. b. hisp.* vocare *absolute* pro ad cœnam invitare, adde Catullum, & alios sexc.

Volanus, a, m. *adiect.* ex Volis *T. L.* 4. volani agri.

Volcejanus, a, m. *adiect.* ex Volcejo opp. Lucaniæ *inscr. Mur.* 1095.

Volo, as. volarit *Propert.* 21. 2.

Volo, is. vellem quæ velles *formula*, cum alicui eadem optamus, *Seneca ep.* 67. *Plaut. Most.* 3. 2. velim ut velles. *Volet* autem pro *voluerit* in Colum. rostr. Duill.

Volsiniensis. *T. L.* 5. Volsinienses superbia elati, et

Volsiniensis. in Hetruria pop.

Volscinus, a, m. *adiect.* Volscinos deseruisse focos *Tibullus*. ex Volscis urbe Tusciæ.

Voluntas, tis. *locut.* voluntatem conciliare, in voluntate perstare, ad voluntatem alicujus se convertere, voluntati obtemperare, et obsequi, voluntatem auferre *Ciceronianæ sunt*. voluntatem declarare *T. L.* voluntatem alicujus interpretari *Phæd.* voluntate *pro* sponte adde *T. L.* 2. *d.* 5. multi voluntate nomina dabant.

Voluptas, tis. puer a voluptatibus *Sueton.* h. e. cinædus. *locut.* in voluptate bacchari *Cic.* capere animo voluptatem *idem*. explere voluptatem *Terentius*.

Volusianus, a, m. *adiect. lapis* decur. Larum Volusianorum. adde *insc. Mur.* 919.

Voro, as. verbum in obscenis spectans tum ad fæminas, tum ad masculos, *Martial.* undenas vorat puellas. *Catullus* tenta vorare viri.

Vo-

Votivitas, tis. *inscr. Murat.* 376. votivitate devota.

Votum, i. vota nuncupabant etiam, quum ad pugnam proficiscebantur *T. L.* 4. vide *nuncupatus*.

Vox, cis. *locut.* vocem usurpare, *T. L.* vocem praecludere, edere, demere, mittere *Phaedr. Cic.* vocem alicujus exprimere.

Vrbanus, a, m. absolute *pro* eo, qui habitat in urbe Roma, *Catullus* si urbanus esses, aut Sabinus, aut Tiburs.

Vrsus. *cogn.* L. Caecilii Vrsi *lapis*.

Vrsulus, *cogn.* dimin. ab Vrsus; *insc. Mur.* 347.

Vt. *pro* ubi, *Catullus* litus ut longe tunditur. *alibi* verum ut lacus, putidaeque est &c.

Vter, tris. *translate* dictum, inflare utrem *pro* adulari, *Horat.* 2. 5. tumidis infla sermonibus utrem.

Vtinam. *Hirt. b. Hisp.* Vtinam dii.

Vtor, eris. Vtere *formula* in oblationibus *Horat.* & *Plaut. Stic.* 5. 1.

Vulcanus. deus, qui dicitur Quietus *insc. Mur.* Vulcano Quieto.

Vulgo. *Cic. p. Mur.* quid est vulgo? universis.

Vulnero. transfertur ad animum etiam, *Cic. a.* i. *in ex.* Ut animos vulnerarem vestros.

Vulscus, a, m. hinc cognomen L. Publicii Volsci Tr. Mil. ex Volscis Tusciae.

Vulso. *cogn.* Cn. Manlii Vulsonis.

Z

Zamensis. ex Zama in Africa, *Hirt. p. b. afr.* zamensibus, qui, &c.

Zenulus. *dimin.* a Zeno, *Cic. de fin.* 4.

Zephyritis. nunquam Flora appellata fuit Zephyritis. nam versus Catulli *Ipsa suum Zephyritis eo famulum legarat*, ita explicandus est, Zenus misit Zephyrum, quem, ait Lucretius, esse famulum Veneris; porro haec elegia Catulli ex Callimacho traducta est, qui Floram Pompei scortum non cognovit. *Vide*, *quae dixi in meis Notis criticis ad Catullum*, Venetiis 1738.

Zotheca, ae. adde Reinesium 9. 52. zothecam publice dederunt.

CASTIGANDA.

Calcariarius. Adiectivum est, non substantivum.
Candidarius. Adiectivum est, non substantivum.
Cunarius. Rufinæ Cunariæ, *Verisimilius est cognomen esse Vestalis*.
Gladiarius. Adiectivum est, non substantivum.
Incanesco. Non est fictitia, si lectio vera est Virgilii.
Lapidarius. Adiectivum est, non substantivum, opifices autem lapidarii erant fortasse marmorarii.
Mavortius. Mavortio crum. *lege* sacrum.
Ollarius. Adiectivum est, non substantivum.
Oppius, *a*, *m*. Lege secundo loco *Basilica oppia* Capitolinus; *Statua oppia in Comitio* Plautus, vide & primo loco.
Pullatus. In hac voce erravit typographus semel, iterumque; Nam pullatus quidem non erat atratus; pullus enim est a purus. Pullati autem proceres apud Juvenalem dicti, quia pulla veste in rebus mæstis uterentur, nam color togæ communis Romanorum erat purus, non pullus, non albus.
Signarius. Adiectivum est, non substantivum.
Subactarius. Adiectivum est, non substantivum.

ERRO-

ERRORES

INGENII, ET ERUDITIONIS

FICTITIÆ QUOQUE VOCES,

Quæ non ſolum occurrunt libenter in Calepino Patavino *vulgo* Septem Linguarum, ſed etiam in Theſauris Linguæ Latinæ, Vocabulariis, Dictionariis, & Lexicis criticis ad unum omnibus.

Abroicus. Eſt latina vox, ex græco deducta; *vide loco ſuo*.

Accenſus. diverſus erat a ſtatore.

Ærarius. Ærarii facti a Cenſoribus non carebant jure ſuffragii, neque ſtipendio militari.

Argentarius. Non erat Menſarius.

Aſcia. Sub aſcia dedicare non erat recens ſepulcrum, vel aſciatum dedicare.

Baccbatus. Nunquam pro inſaniens uſurpatum.

Bacchor. Non eſt proprie inſanire, ſed clamare.

Bellaria. Non ſunt cupediæ.

Biclinium. Non eſt proprie domus, ubi duo lecti.

Bovinator. Non eſt fallax, ſed conviciator.

Calamus. Veteres fortaſſe non inungebant calamum viſco ad capiendas aves, ſed figebant aves calamo.

Calcearius. Eſt latina vox, non barbara.

Caprugineus & *Caprugnus*.] Voces fictitiæ a Salmaſio excogitatæ.

Carminator. Eſt latina vox, non barbara.

Carnifex. Non erat in apparitorum numero.

Cenſor. Cenſores leges ferebant, & comitia habebant.

Ceryx. Non eſt præco, ſed ſummus Magiſt. Civitatis.

Cinctus. Alte cinctus nunquam

pro gnavus usurp.

Clavis. Nunquam pro vecti usurp.

Clavus. Clavi in tunicis non erant plagulæ purpureæ.

Clepsydra. Fortasse legendum *Clepsyda* sine *r*. Vide *Clepsydarius*.

Collega. Est comunis generis, non masculini tantum.

Compitum. Quadrivium quovis in loco, non in urbibus tantum, & pagis.

Corinthiarius. non est amator vasorum corinthiorum, sed venditor.

Crudus. Nunquam pro astuto usurpatum.

Cunctus. Usitatissimum in singulari, non in plurali tantum.

Cupa. Non est proprie vas vinarium, sed quodvis vasum.

Curriculum. In neutro genere non significat spacium.

Cymbalistria. Non est tympanistria.

Decurio. Non est masculini, sed comunis generis.

Decipio. Non est proprie imponere, & fallere.

Despicus. Non est contemptus.

Destinatus. Nunquam pro obstinato usurpatum.

Dicax. Non est maledicus.

Duumviri perduellionis. Non fuerunt creati a Tullo Hostilio.

Eblandior. Non est blanditiis extorquere, sed adulari.

Edormio. Non est proprie dormire multum.

Enimvero. Non semper est animi irati, sed læti.

Epitaphium. Non est proprie inscriptio, sed lapis.

Experio. Vox fictitia a Catullo non usurpata.

Expleo. Nunquam pro consolari usurpatum.

Fictiliarius. Non est vox barbara, sed latina.

Flo. Flare pecuniam nunquam pro signare usurpatum.

Flemina. Non sunt sanguis effluens.

Funeratus. Non est sepultus.

Fæcutinus. Vox fictitia.

Furcifer. Dictum non in servos tantum, sed etiam liberos.

Futilis. Nunquam pro loquaci usurpatum.

Gannio. Non significat murmurare.

Gemmarius. Non est vox barbara, sed latina, ut pomarius, margaritarius, & alia.

Gladiarius. Non est vox barbara, sed latina.

Hastatus. Nunquam pro centuria hastatorum usurpatum.

Harpago. Ferreum instrumentum non in præliis navalibus tantum, sed etiam in urbe.

Hostio. Non significat cædere, non reprimere, non offendere.

In-

Incanesco. vox a Catullo non usur.
Infelix. Arbor infelix non dicebatur, quia facit infelices.
Intego. Integere viam non est sternere.
Invectio. Nunquam pro insectatione usurpatum.
Lacerna. Vestis etiam feminarum.
Lanarius. non lanam curabat.
Lapicidinarius. Non est vox barbara, sed latina.
Lectarius. vox latina, non barbara.
Lene. Non est adverbium, sed navigium.
Lictor. Lictoribus utebantur etiam qui nec imperium, nec potestatem habebant.
Lingua. Non est promontorium, sed ab eo diversa.
Lustro. Non est Veneri deditus.
Lutumarius. Vox corrupta, & fortasse fictitia.
Luxus. Non est profusa impensa, sed crapula.
Marmorarius. Non erat, qui secabat marmora.
Medicina. Nunquam pro medici domo usurpatum.
Mendiculus. Vox fictitia.
Mensarius. Non est numularius
Merda. In singulari inusitatum.
Metropolita. Vox latina, non barbara.
Mimice. Vox fictitia.
Miseriter. Vox a Catullo non usurp.
Molochinarius. Non est, qui inficit vestes.
Mulus. Nunquam pro stupido usurpatum.
Ne. Nemeus puer, commentum est.
Nervus. Nunquam pro carcere usurpatum.
Nugiger. Vox fictitia.
Numularius. Non est mensarius.
Nutrix. Non est feminei, sed communis generis.
Nomio. Vox fictitia.
Obsidiæ. Non erant insidiæ.
Ollaria. Loculi, ubi ollæ cum ossibus.
Parma. Non equitum solum, sed peditum.
Parietarius. Nunquam substantive usurpatur.
Patrous. Vox fictitia.
Pistrilla. Non est mola trusatilis, sed pistrinum.
Pigmentarius. Non vendebat thus, non aromata, non unguenta.
Pomarius. Non erat venditor pomorum, sed fructuum omnium, qui ex arbor. nascebantur.
Pontifex. Pontif. Max. merum imperium non habebat.
Potis. Nunquam in plurali usurpatum.
Prætexta. Purpurâ prætexta non erat ad limbum.
Præsepe. Non est proprie stabulum.

Pran-

Pransus. Nunquam usurpatum pro eo, cui nihil deest.

Primi Quaestores. Erant duumviri Perduellionis.

Puber. Nunquam in singulari recto.

Puellasco. Non est effeminor.

Puellitor. Non est rem Veneris recte agere.

Pullatus. Non est atratus. vide *pullatus* primo loco.

Pulvis. Nunquam habuit in genetivo pulvis, sed pulveris.

Pumex. In femineo nunquam usurpatum.

Quod. Neutra accommodari possunt latine ad masculinum, femininum, & neutrum.

Recte. Nunquam pro nihil usurpatum.

Religo. Nunquam pro solvere usurpatum.

Salisubsulus Vox fictitia.

Salsarius. Non erat is, qui vendebat salsamenta.

Scalaria. Non in amphiteatro solum, sed quovis loco.

Scribae. Scribae non erant servi publici, neque pro librario unquam usurp.

Sericarius. Nunquam substantive usurpatum.

Seplasiarius. Non vendebat aromata, sed unguenta.

Signarius. Non est vox barbara, sed latina.

Solarium. Non erat locus editus in domo.

Specularius. Non est vox barbara, sed latina.

Spondalia. Vox fictitia.

Tabernacularius. non erat qui tabernas conficiebat.

Textrinus, a, m. Textrinum apud Cic. vim habet substantivi, non adiectivi.

Toga. Toga communis Romanorum non erat alba.

Thesmophora. Vox latina, non graeca, sed a graeco deducta.

Tibiarius. Non est vox barbara, sed latina.

Tribu moti. Carebant stipendio militari, & suffragio, aerarii & operarii.

Tricosus. Non est fallax.

Tunica. Tunica communis Romanorum non erat alba.

Tutelarius. non erat custos aedium.

Valde. nunquam pro ita, vel sane usurpatum.

Velites. Falsum quod funda, & missilibus tantum pugnarent.

Zephyritis. nunquam pro Flora usurp.

Voces dubias, quae fictitia sapiunt, non attigi. nam sunt numero arenae, quae laserpiciferis jacent Cirenis.